Petri Antonij de agono patavini

A

8 J

O

ἀντιστα[illegible] ... λανον

petri ANTONII DE AGONO

PATAVI

clomgna joannan onjo bor[illegible]no



Liber primus

Leonardi Aretini uiri clarissimi comentariorum primi belli punici liber primus



.. pollibius e greco in latinum versus

Vereor ne qui me putent antiqua nimium consectari si comentaria primi punici belli perscribere ac obscuratam iampridem illarum rerum memoriam in hac demum etate nostra reuocare in lucem aggrediar presertim cum multa noua sint quorum noticia integrior extet que cum dignitate ac laude mandari posse litteris uideantur Michi uero diuersa penitus sententia fuit. Quo enim antiquior erat res quoque intuitu proximior eo magis innouatione indigere putaui. ut frugi patresfamilie in uetustis edium facere consueuerunt. Esse uero nouiora quedam que mandari litteris cum dignitate possit. non equidem in inficias eo. Nec si quis eam sibi laudem parauerit reprehendo. Verum que tandem aduersus me querela est si uetusta me ut uina magis delectant. Ego quidem fateor non tam cupide Orpheum ut poete tradunt euridicis amore infernas adiisse sedes quam ego si spes modo aliqua offeratur antiquos illos prestantis uiros intuendi ad ultimas penetrarim terras. quos quia oculis intueri non licet quod secundum est mente et cogitatione libens complector resque ab illis gestas in quibus huius seculi decus et gloria continetur omnibus esse cognitas quam maxime opto. que mihi causa fuit hec ipsa comentaria scribendi. Ut autem huius belli plenior noticia sit ab ipsis ut ita loquar incunabulis scriptores eius auctoresque recensebo. Sic enim et propositum meum probabilius apparebit. Bellum punicum primum multi nostrorum grecorumque scripserunt. Precipue tamen auctoritatis fabius pictor uetustus sane auctor ex nobilitate romana. Eodemque fere tempore philinus carthaginensis grecis litteris idem bellum explicuit.

Orpheus. Euridice sua uxor eius.

Fabius pictor uetustus romanus

Philinus cartaginensis.

Quorum uterque patrie affectus sue ac studio partium in
ductus et si non circa rei geste seriem circa belli tamen causas
iusticiamque excessisse modum putatur philinum deinde et
Pollibius megalopolitanus annalium conditor secutus est. fabium
aut e nostris plures. sed precipue claritatis liuius patauinus
Romane pr hystorie cuius libri si extaret nihil opus erat
nouo labore. Cum uero hec pars operis eius interierit nullaque fere
huius belli noticia nos apud homines haberet: commotus ipse ob
maiorum nostrorum gloriam ne rerum tam preclare tamque magni
fice gestarum memoria depiret. quantum solerti lectione pol
libii ceterorumque grecorum consequi potui commentaria eius belli
pro comuni utilitate suffeci illa moderatione adhibita
ut nihil quod non probatum a superioribus esset huic operi insererem
et tamen non ab uno sumerem ut interpres. sed a multis sumpta
meo arbitratu refferem. Tempus autem huius belli uigintiqua
tuor annos fuisse constat. primumque in eo Romanos italia cum
exercitu egressos primumque classenses primum et mari preliatos.

Narratio Primi belli punici

Origo primi punici belli quod populus roma
nus aduersum Cartaginenses terra marique
enixissime gessit ex mamertinorum in sicilia
nouitate prorupit. de qua dicere agredimur paulo altius
pro rerum noticia repetentes. Campanorum magna olim
manus sub agatocle duce in sicilia militauerat. hi messane
situm et oppulentiam admirati et cupidine eius potiunde capti
de ocupanda urbe consilium ineunt. Per amicitiam ergo intra
moenia recepti ut primum tempus rei patrande uisum urbem
amicam et fidei eorum creditam ex composito inuadunt
Ciues nil tale opinantes subita cede adorti magna ex parte
trucidant. Reliquos urbe agroque depellunt. Matres familias
et uirgines ut cuiusque libido fuit item predam et agros iter

se partiunt. Ita facile pulcherrime opulentissimeque urbis
compotes facti in ea consederūt. huius in puniti sceleris haud
longe postea imitatores reperti sunt in reginor urbe messane pro
pinqua. Quo eodem tempore pyrrhus epyrotarū rex in italiam
primo mox inde sciciliam copias traduxit. Conterriti ciues
regini ob regis aduentū po. romani presidium postularunt.
Missa ab romanis legio una urbem aliquamdiu tutata est fidemque
erga socios religiose seruauit. Sed cum longior accessisset mora
Exemplo mamertinor pellecti urbem et ipsi inuadūt. ciues
alios cedunt alios pellūt fortunas reginor inter se partiūt.
Utque maleficio coniuncti erant sic etiam societate et foe
dere cum mamertinis iungunt. has reginor calamitates
etsi grauiter ferebat po. ro. tū quamdiu bellum uiguit dissimulā
do quieuit. Confecto aūt bello et uictoria parta Romani sce
lus militū suor ulcisci properantes regium obsederūt ac tādem
expugnauerūt. Ad quatuor milia militū tanti facinoris con
scia intus erat. Eorū maxima pars dum acrius ob metum
supplicij resistit in ipso ardore capte urbis per iram cesa. Trecenti
solum uiui in potestatem redacti qui e uestigio Romam missi
VIIII in foro uirgis cesi et securi percussi scelerati facinoris penas
dedere. Urbis et agri itemque cetera prius amissa reginis qui
a cede superfuerant a romanis restituta. et regij quidem occupato
res hunc finem habuere. Mamertini uero sic eīm sese nuncupabāt
campani qui messanam inuaserāt quādiu legio romana re
gium possedit auxilio eius freti aduersus Scicilie ciuitates se fa
cile tutabantur. oppressa mox legione et urbe reginis reddita
destituti eo auxilio in maximas dificultates et ipsi inciderūt
ex huiusmodi cā. nō multū an id tpris syracusanor copie adū
sus eos qui rem publicam obtinebāt infense ducem per seditionem
sibi creauere Arthemidorum et hieronem qui postea rex fuit.
is erat tunc admodum adolescens. ceterum sublimis animus et gnō
sa quedam indoles in adolescente eminebat. Qui cura exercitus

ac rerum gerendarum suscepta. cum tandem in urbem stipatus armatorum catervis introisset. ac cives diverse factionis in eius venissent potestatem. ita clementer ac modeste victoria usus est ut populus Syracusanus et si plurimum infensus his qui exercitus pro seditione fecerat: tum conspecta hieronis virtute eandem potestatem adolescenti tribueret. hieron igitur exercitus primo mox et Syracusani populi honore sublatus confestim maiora animo concipere cepit. quod ab initio considerantibus exactius eius non erat obscurum. principio enim ut quotiens opus foret copias in expeditionem educere ac ipse abesse sine metu posset leptinem virum potentem domi et multitudini gratum accepta in matrimonium eius sibi socerum adsciuit. Sic enim fidum urbanarum rerum custodem paravit nequis per absentiam eius insurgere aut multitudinem sollicitare posset. hec domi provisa. foris autem cum sciret copias Syracusanorum conductus miles hic erat seditiosas esse rerumque novarum avidas callido consilio in mamertinos educit non longe a centoripa cum obviam haberet hostis conductum militem omnemque veteranum exercitum in fronte locat. ipse cum Syracusanis equitibus urbanisque copiis longius substitit. quasi alio itinere hostes aggressurus. hac itaque falsa auxilii fiducia circumveniri ab hostibus primam aciem passus. ubi eam cedi plane undique et interceptam conspexit. ipse diverso itinere abiens Syracusanos incolumes omnes reduxit. Conductorum vero militum aciem in medio hostium trucidandam reliquit. Que pene ad internecionem cesa est. ac seditiosus quisque ut voluerat in ea pugna necatus. liberatus per hunc modum veteranorum molestia novo ac fido milite reparavit exercitum. ac ubi omnibus rebus satis structus paratusque visus est. in mamertinos superiori victoria elatos expeditionem non amplius simulatam inducit: profectusque cum his copiis ad longanum amnem ingenti prelio cum mamertinis conflixit. In ea pugna optimus quisque mamertinorum appetitur. Plerique eorum duces in potestatem hieronis vivi pervenerunt.

his rebus cum syracusas victorem exercitum summa gratulatione
omnium reduxisset haud dubio favore syracusanorum sociorumque
rex appellatur. factus igitur per hunc modum rex hostes maiori
nixu in dies premebat. Mamertini non primum Romane le-
gionis auxilio ut supra ostendimus, deinde gravi prelio afflic-
ti quoniam hieronis potentie se resistere posse diffidebat diver-
so consilio alii ad cartaginenses confugiebant eorumque quidam
presidium tutelle gratia in arcem induxerat. Alii ad po-
pulum romanum conversi ut se orbemque susciperet precaban-
tur. et prevalebat sane apud mamertinos romani po. nomen
quod ipsi italici quidem orti nostris potiusque externis salutem suam
creditam volebant. At romanis per absurdum primo videba-
tur. qui modo in legionem suam ob occupatum contra fidem
regium tam severe animadvertissent eos mamertinis eiusdem
sceleris affinibus opem ferre. Itaque protracta aliquamdiu res
est in senatu variantibus patrum sententiis. Tandem quia hone-
stas adversus utilitatem pugnare videbatur rem infectam
senatus dimiserat. Non destiterunt tamen mamertini qui
romam venerant. sed fautoribus quibusdam freti rem ad
plebem detulere. pervicitque tandem apud multitudinem
utilitatis ro. periculosum. visum est urbem tam propi-
quam carthaginensibus obiicere. gravemque eorum vicinitatem
suspicabantur fore. Iam enim plus nimio carthaginensium pa-
tebat opes. Quippe non affrica modo sed et quedam hispa-
nie loca vi et armis subacta carthaginensium parebant
imperio. Insule preterea omnes sardonii tyrenique maris.
Magna insuper sicilie pars carthaginensium erat. ven-
turam autem totam in eorum potestatem nisi quis mamertinis
auxilium ferret haud ambiguum putabat. Messana
enim suscepta confestim adversus syracusanos nequaquam
potentia pares bellum erat gestum. ac brevi tempore quicquid
reliquum erat Sicilie subacturi. hec igitur cogitans. po. ro.

ac necessariu sibi ratus Messana servare ne acarthagien
sib; undiq; italia cingeretur neu qui ponte quendaz ad
invadendum haberent auxiliandum mamtinis decre
uit. Cum q° id placuisset Appius Claudius consul tradu
cere copias in Siciliaz et mamtinis opez ferre iussus pro
fectioez parabat Mamertini aut de po. ro. decreto cer
tiores facti cartaginensiu prefectuz qui in arce positus
erat incautum circusistut. eumq; una cuz presidio ex
urbe deiciut. post hec iam liberius consulez romanum
p crebras lras ac nuntios convocant. At carthaginenses
postq; intellexerunt presidio eo4 a mamtinis pulso roma
nos vocari: ira simul et indignatione accensi prefectuz
presidij q eius culpa ac ignavia arcez amisisset i crucez
sustulerint. Mox raptim coactis copijs mari et tra mes
sanam agrediunt: classe quidem circa pelo4 statione
posita: terrestrib; aut copijs haud procul messana castra
metati urbez premebat. Accessit q; ad carthaginesium
violentiam hyeron syracusanus qui tpus plane adesse
ratus quo mamertini veteres hostes penit deleret
inito cuz cartaginensib; foede ac socius belli factus
suo et ipe milite suisq; castris alia ex pte messana obse
dit. Ita binis p terram hostiuz castris mari aut classe ma
mertini obsidebat. Inter hec apius claudius consul rati
bus ex neapolitanis ac ceteris socio4 maritimis civitatib;
Nondum n po ro classem ulla hebat explebescito accep
tis p scilentium noctis exercitu imposito Messana advehi
tur. traiectoq; celerit freto incolumes omnes copias ante
urbem exponit: hec pma excitus po. ro. profectio extra
italiam fuit: primusq; mari ingressus cum ad eam diem
cetera omnia bella intra italiaz gesisset. quingentesimum
iam post urbez conditam annu in etruscis et samnitibus
ceterisq; finitimis populis domitandis occupatus. expositis

non ante po. ro
classem habuit:
quam anno ma
mertinor(um) petra(tur)
anyo
int. i cartagine
-sis.

ergo in sicilia copiis et intra messanam urbem inductis cōsul nec tutū sibi exercitumq; nec satis e dignitate po. ro. obsidiōez perpeti ratus (quippe nō terrā mō uerum et mare undiq; hostis habebat urbi īminebat) commeatus oīs intercludebat pace primo res componere si qua posset: ea uo si negaret. ferro q; primū cernere decreuit. Maxime uo e dignitate po. ro. ui sum est ante omnia de pace agere. Nam foedera cū carthagi nensib; sepius ad eam diem renouata extabant. p quę et si licebāt po. ro. mamertinos in amicitiam fidemq; suscepisse tū humanum uidebat pacem nihil prestim habituram nocu menti offerre. Seruata eiz mamertinoz libertate. Syracu sanis item in suis finib; consistentib; minus erat populo. ro. carthaginensium formidanda potentia. Missis igr. sup his ad cartaginenses hieronēq; legatis cum utriq; pacez longe aspnarentur (qd reliquū erat) consul milites cohortatus aduersus hyeronez et Syracusanos educit. Nec hieron q; dettractauit certamen. Sz obuiam consuli egressus acie structa dimicauit. Pugnatum ē aliqdiu equo marte. Tan dem uo prelij is exitus fuit ut romani uictores magna parte hostium cęsa, regem nudatum pene oīb; copijs usq; in castra psequerentur. Compulsis in castra hostib; romani spo lia legerūt et in urbez receperunt se. hieron aut metuens nō castrensib; mō. uerum et urbanis reb; proxiā nocte desertis castris Syracusas concessit. cartaginenses q. auxilio hie ronis nudati, perculsisq; metu militib; et uirtutē roma noz plus equo formidantib; soluta confestim obsidione nec ultra castris fidez ausi p sicilię urbes q ipsoz in fide erant diuidunt. consul paucis post dieb; hostium agros cū legio nib; ingressus usq; ad syracusarū moenia longe lateq; po pulat omnia ubi nemo obuiam prodibat Messanā copias reduxit. Hec ut gesta erat p lrās consulis Romę nuntiata maiori spe prēs plebezq; extulē ad bellum siciliae capescēdū.

Itaq; M. Valeriu͂ et C. octaciliu͂ sequentis anni consules cum duob; consularib; exercitib; magnisq; sociorum auxiliis in Siciliam mittu͂t. Adventu͂ horu͂ consulu͂ qm̄ pret superiore victoriam dupplicatum po. ro. exercitum duosq; consules pro uno versari in sicilia conspiciebant. plereq; mediterranee civitates que in fide cartaginensium fuerant ad romanos defecere. hieron aut͂ Sicilie populos metu perculsos et simul hostium vires auctas cernens, multis ro͂nib; prestare duxit siqua fieri possz romanoru͂ partis sectari: Qua consideratio͂e inductus missa ad consules legatione agere de pace cepit. Consules q; oe͂s Sicilie portus cartaginensiu͂ erat. ne qm̄ intercludi commeatus possent ad eam rem pro opportuna͂ Siracusanoru͂ amicitiam rati oblatione͂ regis no͂ inviti acceperu͂t. Tandem ĩũo pax hieroni his ferme conditio͂ib; data. vt res captivos & omnes romanorum sociorumq; sine precio dimitteret: vtq; talenta insup argenti centum romanis penderet, commeatu exercitui, auxilia ad bellum subministraret: Ipse rex socius et amicus po. ro. appellaret. has conditio͂es roma͂ delatas populus ro. iisdem quib; consules ro͂nib; motus. et simul quia magna pars belli sublatum iri videbat cupientissime confirmavit. Post eam pacem hieron commeatus et auxilia quotiens opus fuit subministrando ĩ po. ro. tutela usq; ad finem vite foelix grecorum omnium, fortunatusq; regnavit. Carthaginenses ĩũo cum intuerent hieronem Syracusanorum regem mutata fortuna hostem ex socio & factum romanorum aut͂ in dies novis augeri validiori ad resistendum potentia opus ee͂ rati: ligures et gallos magna multitudine͂: plures et hispani generis in supplementum scripsere: quib; in siciliam traductis Agrigenti sede͂ belli caputq; suarum rerum in sicilia constituunt opportunitate urbis pellecti, q; ea maxime in fronte adversus hostes capacissima multitudinis et munitissima

pacis condictiones

erat in hanc igitur urbem contractis undique copiis magnaque
vi frumenti importata. horreo simul ac belli arce adver
sus romanos utebantur. Mar. valerius et C. octacilius consu
les foedere cum hierone icto et civitatibus que a carthaginensibus
defecerant in fidem acceptis nihil aliud fere memoria dignum
in sicilia cum gessissent circumacto anno e provincia deces
sere. Post hos creati consules L. postumius et Q. Emilius
in siciliam veniunt hi susceptis ab antecessoribus copiis primo
adventu de modo administrandi belli cum inter se consul
tarent. placuit audatius quam superiores fecerant consules in
cumbere nec iam levia consectando aut diviso pluribus locis
bello sed ambos simul consules omnibus copiis Agrigentum
ipsum penorum caput ac belli arcem confestim inire et pugnam
invadere. ut sive non recusaret hostis confestim iniret
pugnam, sive recusaret, inclusum menibus obsideret. Pro
fecti igitur eo consilio agrigentum copias admoverunt. Cartha
ginenses autem munitionibus urbis confisi ac totius rei discri
men subire non ausi, ad menia milite continebant. Nec adve
tantibus romanis copiam pugnandi fecere. Consules ergo non
longius nove ab urbe stadiis castra metati: cum posteris
diebus hostes intra moenia crebris preliationibus compulissent
obsidere urbem prorsus non ignari magnam vim frumenti a penis
iam antea congestam. sed confisi quia amplius quinquaginta homi
num milia intra moenia obsidebantur. eam multitudinem
quamvis magnam vim annone videri absumpturam. Cepta igitur
obsidione et aliquamdiu iam protracta cum per singulos ferme
dies inter stationes romanorum et moenia urbis levia dum
taxat prelia fierent, nec hostes quicquam amplius molituri cre
derentur accepta est pene quodam die insignis calamitas
Mature segetes erant. Miles quia diuturnam obsidionem suspica
batur fore frequentior egressus ad segetum raptus properabat
Studium frumentarie vacuie fecerat pene castra. Vagus

p campos eques sine ordine, sine duce uolitabat. hec cospi
catus hanibal carthaginensium dux is qui agrigento copiisque perat
magnam inspem uenerat omnem romanorum exercitum ea die
opprimi posse. itaque armari extemplo copias iubet urbemque repe
te egressus non leuibus ut solebat prelijs sed iusta acie in stationes
romanorum defertur. oppressis subito impetu stationibus mag
naque cede edita pars in castra eodem impetu ruens fossas im
plere vallum rescindere cepit. pars infrumentatores vagos pa
lantesque delata magnam p campos cedem edebat. et in castris
quidem egre resistebatur. in campis uero pulsi romani necubi co
sistebant. penus uictor ubique insultabat. Sed uirtus profecto
tum sepe alias tum maxime ea die rem romanam tutata est
Consules. nam cum pluribus simul locis uallum rescinderet. nec de
fendere castra possent eruptione subito facta non solum hostes
auertere a uallo: sed eos insecuti procul fugarunt. Et qui
p campum agebant, eruptione suorum intellecta recurrere ad
castra ceperunt. Itaque reparatis uiribus, non quam adaucto
poenos qui castra oppugnauerant usque ad moenia persequuntur
Inde in eam partem que palantes inuaserat conuersi totis
campis precipitem agunt. Cedes ea die romanorum poenorumque
tanta fuit quippe uterque inuicem uictor uictusque extiterat
ut iusta utrinque atie pugnatum uideretur. Ceterum tantus
utrosque metus ex huius diei periculo inuasit: ut neque consules
posthac temere militem adire frumentatum paterentur
neque cartaginenses impetum in castra romanorum amplius
facere auderent. Itaque equato utrinque metu aliquandiu
quieuerunt. Cum itaque hi qui obsessi erant non amplius in roma
nos exirent, consules diuiso exercitu: alter ad esculapij tem
plum: alter diuisa regione urbis ex ea parte que ad heracliam
spectat castra mouet. Inde ab imis castris ad alta castra
duplici uallo crebra castella excitarunt ac presidijs mili
tum firmarunt. Conneatum exercitui ro. socie ciuitates in

I

herbesum oppiduz summo studio cogerebat. Ex eo rursus oppido
neqz eiz longe aberat milites pcomode receptuz ferebat in
castra. Rumqz huc modum menses romani cartaginesesqz
manserunt: neutraz in ptem re inclinante. Tandez uo cuz
necessaria pp ingentez multitudiez breui defutura appa
rerent hanibal penes quem summa impij erat rebz iam dif
fidens crebris lris carthaginem missis circumuallationem
urbis et rerum necessariaz defectum quo obsessi pmebantur
nuntiabat auxiliuqz ferre monebat Quibz tandez lris per
moti carthaginenses magnu exercitiz magnumqz elephan
toz nuz i siciliam transmiserunt: hannonemqz cu his
copijs fere obsessis auxiliu miserut hinc iam durissimam
obsidentiu coditio redebatur: naz si hannoni nouoqz exci
tui obuiam procederet obsidio tamdiu protracta ac iam
pene ad extremuz pducta irrito labore erat deserenda. Sin
pstarent in obsidione hano cu excitu uagari impune per
siciliam socias ciuitates opprimere comeatus impedire potat
Re in consilio discussa placuit tandez consulibz haudqqz
absceder: sed quasuis difficultates ut urbe potiant ppeti. han
no igit cum his copijs que nouit delate insiciliam fuerant
apud heracliam constitit. Ibi intentus rebz gerendis cum oia
sagacissime scrutaret si qua solue obsidionem valeret tadez
herbesuz oppidum qd horreu exercitus po. ro. adeam die fuerat
p proditione recepit. facultatezqz comeatuu romanis adem
mit. cum nihilominus pstaret in obsidione consules sta
tuit hanno quo magis facultatez importandi comeatus
precident castra propius admoue. Itaqz herbeso profectus
aduersus castra romana excituz duxit anteqz i cospec
tum uenissent numidas equites ad lacessendum irrita
dumqz hostem pmittit. Ipe cum elephantis quinquaginta
ac reliquo exercitu sequebat. Numide igit ut pcep
tum erat qz tumultuarie ad castra delati: cum eqtatu

omnem inse concitasset / simulata subinde fuga terga uer-
terunt romanosque audatius insecutos in ipsum uenientem
hannonem precipites traxere. hic repente omnia penorum agmi-
na in romanos equites circumfundunt / multosque interficiunt
reliqui effuso cursu castra repetere coacti sunt. hanno usque
ad ipsa prope castra fugientes insecutus / tandem reuoca-
tis suis in colle qui toros dicitur non longius fere quam mille pas-
sibus ab hoste castra metatus commeatum importari omnino
prohibebat. Ex quo plane accidit non magis post hac ab
romanis carthaginenses quam romanos ipsos a cartaginensibus
obsideri. Inter urbem enim et castra hannonis inclusi in
uicem premebant et premebantur / nec difficultas sane
rei frumentarie dispar. Quippe admodum commeatum
ab hierone syracusanorum rege / at eo ipso cum summo discrimine
sustentabant / qui tamen non numquam sic deficiebat impediente ha-
none aditusque intercedente ut demum ea ui coacti con-
sules desituri obsidionem uiderentur. Nec solum cum rei
frumentarie defectu / uerum et cum ipsis prope diis
ab romanis pugnatum. Tanta enim pestilentia exercitum inuase-
rat ut caterue languentium passim iacerent / magnus de-
functorum numerus per singulos dies efferretur. Id uero graui-
tate celi quod loca sunt pleraque in ea regione palustria et di-
uturniori exercitus incubatione per autumni tempus euenire
constabat. Uincit tamen in his difficultatibus ferocia consulum
qui cuncta dura atque aspera ferre potiusque irrito cona-
tu desistere constituerant. Et hanno quidem penuriam ac
pestilentiam qua hostes premebantur cernens copias in aciem
non deducebat sperans consules tandem necessitate co-
actos obsidionem soluturos. leuia tamen prelia per singulos
fere dies inter utraque castra promptissime edebantur. Duo-
bus mensibus per hunc modum absumptis / cum super spem ob-
stinatius romani perstarent / et hanibal multis atque crebris

per noctem ignibus necessaria in urbe deficere. nec multitudinem per-
peti famem posse significaret. permotus tandem his de causis han-
no et simul quod fame atque morbo maceratos romanos faci-
le superari posse confidebat. in aciem copias eduxit pote-
statemque pugnandi fecit. Hec sane consules nimis coacti ob minus
eas quas supra retulimus difficultates pugnare cupiebant
Itaque ut aciem hostium structamque conspexerunt, parte copiarum
ad reprimendum obsessos siqua prorumpere conarentur relic-
ta ceteram multitudinem aduersus hanonem educunt. Signo
dato cum acriter inter se concurrissent prelium diu atrox
fuit. Tandem romani maiori conatu adnixi primam cartha-
ginensium aciem loco mouerunt motamque in elephantos precipitem
egerunt. belue uero contrite in suos tota agmina turbarunt
per eorum stragem subsecuti centuriones ac signa acrius infer-
rentes ad extremum terga penos uertere coegerunt. profli-
gatosque insecuti magnam partem interfecerunt. hanno cum reliquis
effusissima ad heracliam fuga se recepit. Consules elephantis fe-
re omnibus qui prelio interfuerant captis. hostium insuper expu-
gnatis castris. commeatu et impedimentis direptis plenissima
demumque uictoria potiti in castra copias reduxerunt. Nocte que
insecuta est, cum propter ingentem leticiam, ut in magna uicto-
ria euenire consueuit. cum et propter laborem superioris prelii
neglegentius ab romanis custodie fierent hanibal desperatis
rebus tempus ad salutem suam suorumque aptissimum ob eas quas
supradiximus causas coniecturatus intempesta nocte cum his
copiis quas agrigenti habebat egressus ad munitiones hostium
silentio peruenit. Ibi idoneum nactus locum fascibus manipu-
lisque palearum equatis aggeribus nemine penitus sentiente cum
suis omnibus incolumis euasit. Id tanto silentio factum est
ut non prius romanorum castris quisque sentiret quam iam plane
dillucesceret. Sub primam uero lucem cum id romani factum
intellexissent, insecuti hostium uestigia paucos tardius

iter facientes postremo agmine interfecerunt. Mox reversi in castra ad urbem capiendam nullo iam repugnante contendunt. Signa portis infesta inferunt. Exercitum omnem intra moenia inducunt urbem locupletem et omni preda refertam diripiunt. Septimo tandem mense postquam obsideri coeptum erat in p. ro. potestatem agrigentum pervenit tanto sudore militum et tolerantia ducum ut ea obsidio inter paucas que numquam fuerit laboriosissima numeretur. Militi preda omnis a consulibus concessa. Rome autem postquam nuntiatum est fusos prelio carthaginienses et urbem captam in po. ro. potestatem venisse: sublatus patrum simul plebisque animus/ maiora iam agitabant. Nec aut Mamertinos Messanamque servasse aut carthaginensium opes in sicilia contrivisse sat putabant. Sed maiorum rerum spe concepta poenos omni sicilia pellere cupiebant. Sic enim non tutum modo/ verum etiam gloriosum sibi nominique ro. existimabant fore auctoritatemque et famam apud exteras nationes maiorem in modum augeri. Quoniam vero huius belli commentaria sumus scripturi. idque maxima ex parte in sicilia gestum est: totum vero ut ostendimus pro sicilia susceptum, necessarium nobis videtur de situ eius insule/ deque populis/ qui illam incolunt: que ab antiquis tradita sunt hoc loco referre. Constat enim nullam fere toto mari insulam clariorem celebrioremque fuisse. Sicilia eodem sese fere modo ad italiam habet quemadmodum peloponensus ad aliam greciam: nisi quod hec parvo admodum freto ab italia dirimitur/ illa parva admodum terra ad ceteram greciam continetur. forma vero sicilie trianguli quodam modo speciem habet Angulique ipsi totidem promontoria ad extremum conficiunt. a quibus trinacriam poete illam appellant horum qui in meridiem vergit angulus et in siculum protendit pelagus pachinus vocatur a crassitudine aeris ut nonnulli auctores sunt nomine inditum Qui vero ad septentriones spectat. eum vocant pelorum hic fretum

agrigentum civitas

Sicilia insula celeberrima

qd' int' siciliam italiamqz estuosissime interfluit ab occasu
claudit sinistroqz sui latere tyreno mari fine impoit
Hec fere plus distat ab italia q̄z mille quingentis passib;
tercius angulus in lybiā ac hyemalē uergit occasum et
Spectat aūt maxime in ipam carthagīez. Hec fere plus
abest alitore africe q̄z milia passuū centum uigintiseptē.
hic angulus sardonicum pelagus a siculo diuidit/ap
pellat' uero lilibeus. Tria sunt igit' totius sicilie lata
unū qd' ad libiam expoit'. Atqz illiu' extrema sūt/a sup
iori quidē pte pachinus/ab inferiori uo lilibeus: Ab his
rursus duo latera cōtinuo sese coartantia ad italiāz
tendunt. Hec longe aūt leucopetra ī unū coeūtia pe
lorū efficiunt angulum cetum hec duo latera q̄ ad
italiam coeunt frequētia urbiū portuūqz nobilitate
longe melita sunt. Supiori .q. qd' fere ad greciā ori
enteīqz spectat solem. Syracuse cathina thaurome
nium, et messana. inferiori uo qd' tusco abluit' mari
Panormū. drepanū. lilibeū clarissime urbes extitit
Nam tertium illud latus qd' ad lybiam expositū diximꝰ
totū fere importuosūz ht cū urbes. camerinā. heraclā.
Selinūtāz. Agrigentūz. Antiquissimi oīum sicilie po
pulorum incoluisse illā dicūt' ciclopes. et lestrigones
quorū origo neqqz clara ē: ut poete a poetis magis q̄z
ab historicis memorata. Sicani post hos Siciliā hūere
quos alij indigenas ei' phibet/alij: qd' ueri' ac pbatius
ē/ ex hispania uenisse tradūt sedib; patrijs extores q
illis circa Sicorim amnē fuisse dicūt'. indeqz aligis
pulsos in siciliāz transisse: ab his sichaniāz primo uocita
tam eam insulāz ferunt. cū ante trinacria diceret'. Post hos uo
siculi ex italia magno exercitu in siciliam traicere: Fuerūt aūt
Siculi vetustissimi italie populi longoqz tpre domi potentes/ab
eorumqz rege italo italiāz noīatāz pferbent. hi ratib; p propinquū

lilibeus.
libiam.
pachinus.
Sicilia.
Sicania.

Fretum in siciliam transvecti: sicanis et ceteris eius insule r
cultorib) quos supra retulim) bello domitis p̃ro iaz Sicania
Sz siciliaz eam insulā vocauerūt: optimosq3 et feracissimos
agros in ea tenuerēt. Sicanos aūt ī extremas sicilie ptes
ad meridiē et occasū uersas pepulere. fuit aūt transitus
siculorū ī siciliā trecentis fere ānis, priusq3 ulla grecoꝝ civi-
tas in sicilia cōstitueret. confecto deinde troiano bello
ilioq3 euerso troyani quidā profugi navib) in siciliam ad-
uecti finitima sicanis incoluerūt loca, atq3 in his urbes cōdidē-
heriecem et segestaz. foenices insuper mari potētes pleraque
circa siciliaz promontoria incoluē et insulas oēs q̃ sunt
īter africā et siciliā quas mercature grā frequētabat eqd
gentes et ab his profecte locis et nunc siciliam incolūt alij ĩio
eius insule cultores plurimū greci sūt: qui unde orti et
quibus tpribi ī siciliaz uenerīt deinceps aperiaz. Primuz
omnium grecoꝝ calcidēses euboia profecti duce theoclide
Naxum urbem in sicilia condidē que postea thauromeniū
appellata ē. Anno deinde post naxum conditā secūdo chori-
tij duce archia qui fuit vnus heraclidarū siciliaz navib) ad-
uecti Syracusas pulsis ex ea urbe siculis occuparūt. coloni-
amq3 sue gentis in ea constituerūt. erat tunc solū ea syra-
cusaruz pars moenib) cincta que insula uocitatur. et hāc
siculos hūisse constat. Mox crescente multitudine, alie
subinde ptes ad urbez sūt addite. quoad in eaz que postea
fuit magnitudiēz acreuit. he due prime grecoꝝ urbes in
sicilia fuere. Sunt aūt ab ea pte que ē inter pachinū et
peloruz. Quinto deinde post syracusas conditas anno theo-
cles et calcidenses e naxo profecti leontinos et cathinam
urbes siputis prælio siculis pulsisq3 ex his locis cōdidē colo-
niasq3 sue gentis in eas deduxere. per idem fere tpus lamus
quidam Megarensis nouos colonos in siciliā duxit. consedit
aūt apud pantagium amnem. oppidumq3 cōdidit nomine

protilum Inde post aliquod tpus aleontinis pulsus illud oppi
dum incoluit noie tapsu. eo subinde mortuo megarenses
ex tapso profecti hibleos occuparut. Ibi cu annos qnqz et qua
draginta supra ducentos incoluisset, a gelone syracusanoz
tyranno sedib pulsi sunt, eorucz urbs euersa. Sz anqz euersa
foret annos circit centu, noua ex megaris accita manus
selinuntez urbem pulsis ex ea regione fenicib condide. Ge
las deinde rhodius et anthifemus cretensis coi int se
iuncti foede coloniam suaruz gentiuz in siciliaz deduxut.
urbemcz posuerut noie gelaz. Regio tn ipa et agri in quib sita
est urbs lindij appellabant. deducta e aut ea colonia anno
quinto et quadragesimo postqz corynthij syracusas hue. noz
qz est ei inditum a gela fluuio. Post gelaz uo conditaz ano octa
uo supra centesimuz geloi isti agrigentu codide. principes uo
in deducenda colonia condendacz urbe agrigento fuisse phibe
tur Aristonus et pistillus. Nomen uo agrigenti. ab amne qui
preterfluit urbi inditum est. Per idem fere tpus cumaz que
ciuitas e italie a calchide orta, in siciliam predatorijs nauib
traycientes Zanclam occuparut. Siculoscz ex ea urbe pepule
runt, et coloniam sue gentis a cumis et calchide in eam
deduxerut. principes uo in deducenda fuerunt phieres cuma
nus et gratimenes calchidensis. Zancla uo a forme similitu
dine noiata e, q siculoruz lingua falcem significat. Priores
igitur zancle cultores post pulsos siculis a cumis et calchide
fuerunt. Sz posteris tprib multitudo hominu a samo ac
cetera Ionia medos fugiens in siciliam uenit, cumaniscz et
calchidensib pulsis Zanclam ipi incoluerut. Nec multo post
id tpus Anaxillas reginoz Tyrannus Samios inde pepulit.
Zanclamcz ueterez urbem euertit, nouacz no longe ab his
locis posuit quam messanam nuncupauit, atqz ex mixto gne
hoium eam compleuit. Itaqz lingua in ea urbe obtinuit mi
xta int Ionica et doricam. Messanam uo ab antiq patria

sua conditor appellauit. Sita est aut unius diei iter longe a zancla. Adheserunt q° his locis Syracusani quidam exules per seditionem patria pulsi qui melthide uocabantur. hi tamen postea omnes a mamertinis pulsi sunt: quos fuisse campanos supra docuimus messanam occupasse. Acre uero et casmene oppida a Syracusanis condita sunt. Acre quidem septuagesimo anno post Syracusas. casmene aut vigesimo post acras conditas. Camerina q° syracusanorum colonia fuit deduxerunt eam dascon et menecolos anno xxxv post Syracusas a corinthijs occupatas. Sed cum postea rebellassent camerinenses ab ipsis siracusanis euersa est camerina. Restituit post illam Gellas tiranus syracusanorum coloniamque in eam iterum duxit. Et hec rursus a Zelone tiranno uersa est. Idem ipse qui euerterat postea restituit et nouos colonos pulsis ueteribus imposuit. he ciuitates grecorum usque ad tempus pelloponesiaci belli in sicilia fuere. ex quibus factum est semper nouis aduenis quibusdam in ea insula prepotentibus, ut sycani et troyani primo a siculis pulsi in unum coiret, communique nomine elimi appellarentur locaque incolerent ad carthaginem uersa. foedere quo et amicitia cum finicibus iuncti. Et postea siculi ipsi a grecis ualidioribus superatis ac plerisque locis pulsi mediterraneam dumtaxat sicilie regionem ad italiam versam retinerent. Carthagiensium deinde potentia maiorem in modum aucta fenices iterum insurgentes grecis fere omnibus et siculis dominabantur. quoad mamertini post occupatam messanam ciuesque necatos cum a hyerone bello premerentur ex his quas supra memorauimus causas romanos in siciliam superduxerunt. Romani igitur primum fuso hierone rege mox in amicitiam recepto, Agrigento insuper capto, et hostibus magno prelio superatis, statuerunt omnino cartaginensium potentiam e sicilia delere. Quare eo proposito acrius incumbentes L. valerium et C. octacilium sequentis anni consules magno militum delectu habito in siciliam mittunt. carthaginenses aut insuperabiles romanorum uires ac propositum belli cernentes terrestribus copijs non amplius congredi: sed maritima potentia

qua plurimum pollebant incumbe͂ statuerũt. Magna igit᷑ pam
ta classe cum sine ulla controversia mari dn̄arent nõ solum
maritimas sicilie civitates infide continebãt. sed aduersũ litt᷒
advecti italie oras crebro populabant. Atq3 ita quodãmõ equa
tum erat bellum Romanis t̃ra. carthaginensibus mari p̃va
lentib3. huiusce rei argumentũ fuerit, q᷒ post expugnatum
Agrigentum multa sicilie mediterranea oppida ob metũ ex
ercituum ad romanos defecerãt. post aduentũ rursus classis
nõ pauciores maritime urbes metu potentie adducte car
taginensib3 se dederant. Ita par utrinq3 rõ belli existebat nisi
q᷒ africa q̃d expers õio cladis. Italia ũo nõ nũq̃ hostiũ ĩcursio
nib3 uexabat᷑. hec ig᷑ cernẽs populus. ro. classe3 paradã et ad
uersus carthagienses mari congrediendu3 q̃m aliter nullum
finem bitur certamen aparebat necessitate quodãmõ ad
ductus cogitauit. In quo maxime quis admiret᷑ po. rõ. gene
rositate͂ et incredibilem quãdã3 aĩo4 hoĩes. n. maritimarũ
rerũ penitus rudes aduersus carthaginẽses mari exercitatissĩos
quib3 iam inde a maiorib3 parta. et ueluti hereditaria relic
ta erat navalis potentie gloria, et principatum maris cõcessione
omnium p id t̃pus obtinebant classe3 q3 magnã h̃ebant ipi sine
ulla classe, sine ullis navalib3, sine expiẽtia denq3 ulla naves
raptim face͂, mari unã congredi propabat. nihil intee͂ putantes
terra ne an mari aduersus hoste3 cõgrederent᷑ hac igit᷑ cupidi
tate incensus po. ro. centũ et viginti naviu3 classe3 edificã
dam curavit, harum ũo centu3 quinqueremes fuerũt, reliq
triremes: In huius classis apparatu maxime difficilis fuit qn
queremiũ cõfectio. q̃m huiuscemõi navigiis nemo p id temp᷒
in italia utebatur. Nec erat qui eo4 edificatiões teneret. Cete
rum una carthaginensiũ qnqremis, que dudũ apud messa
nam a claudio consule excepta fuerat, exemplar eius gñis
faciendi prebuit, ad hanc inspiciẽtes fabri qnqueremes edi
ficarunt. dum navis fiebat interea multitudo rudis ad remũ

exercebatur. Excitatio eiuscemodi erat. subsellijs in harena per ordinem collocatis remiges insidentes ad uocem preceptoris brachia reducere ac remos per harenam mouere docebat. Iam. C. cornelius. et. C. duellius consulatum inierant classis cornelio. terrestres in sicilia copie duellio obuenerant. Itaque. C. duellius in siciliam profectus exercitu a superioribus consulibus accepto: que ad bellum pertinebat terra administrabat. Cornelius autem parata classe et in mare deducta cum homines aliquamdiu in aqua exercuisset, ipse cum sexdecim nauibus messanam contendit. reliquam uero classem iuxta italie ora subsequi iussit. Cum messanam peruenisset consul: ac ea que necessaria erant pro tempore parauisset negotijs poscentibus easdem huius naues lypparas nauigauit. lyppare insula est in tusco mari sita non longius a sicilia quam millia passuum

Per id tempus cartaginensium classis panormi consistebat. preerat autem illi hanibal: quem ducem apud agrigentum fuisse ostendimus. Is igitur cognito aduentu consulis Bonodem quendam ex senatu carthaginensi hominem cum uiginti nauibus circum ea loca dimisit qui noctu lypparas superueniens: naues romanas in ipso portu nactus inclusit cornelius subito malo circumuentus cum quid ageret: quoue sese uerteret haud satis constituere posset: inter spem et trepidationem in colloquium euocatus fraude punica incipit. ut quam in colloquium uenit cathene illi iniecte sunt et pro captiuo adductus. Ita xvi. romanorum naues una cum romano consule abducens ad hanibalem qui panormi cum reliqua classe erat magna confecta re bonodes reuertit. Arrisisse hoc initio fortuna carthaginensibus uidebat: sed paucis post diebus quasi in alterutro eludens non dissimili clade illos afflixit. hanibalem enim non tam errores captiui consulis aliena exempla reddiderant cautionem, quam extulerunt secunde res et ad fiduciam animi erexerant. Itaque cum audiuisset reliquam romanorum classem secus italie littus nauigantem sicilie appropinquare.

cupiens ordine structuram quam hostium cernere quinquaginta nauibus
e sua classe delectis italiam petyt. Ibi cum per oram italie contrario
quam romana classis cursu ferretur in eam improuiso incidit. circun
datus ergo ab hostibus ac subita ui appressus naues fere omnes ami
sit. Ipse quoque interceptus ac plane inclusus cum iam pro capti
uo haud dubie haberetur preter spem suam atque hostium inter manus
delapsus tandem cum paucis suorum euasit. Romani hunc primum
cornelij consulis aduersum casum et amissionem nauium apud
lypparas ipsis carthaginensibus qui captiui erant referentibus co
gnouere. Itaque compensata utrinque clade et merore leticia
promixto iter conficere in siciliam properarunt ne desperatis forte re
bus ciuitates ad carthagienses deficerent. Cum uero in siciliam per
uenissent C. duelium alterum consulem quem in sicilia prefectum
supra ostendimus sui aduentus certiorem fecere eiusque iussum expec
tare ondeuerunt. Consul qui mari potiusquam terra congressuros car
thaginenses putabat. Quippe iam pridem ut docuimus terra
cedentes rei nauali intendebant cura exercitus tribunis militum
commissa ipse ad ea loca in quibus classis romana erat contendit.
Cumque non longe abesset hostium classis ac futurum prelium
appareret ad certamen uterque sese parabant. Romanorum ua
lide quidem sed tarde et ad celeritatem parum comode erant naues
Carthaginensium uero celeres et uelocis. huic igitur parti metuentes
romani quo ludificandi facultatem preripiant hosti coruos
quos possent reuocare singulis aptant nauibus. ea fuit machi
na in hunc modum structa ligneum robur in prora destinebatur
longitudine quatuor ulnarum latitudine uero trium palmorum
super id robur tabule inherentes scalas conficiebant quarum erat
latitudo pedum quatuor longitudo ulnarum sex. he rursus ab
utroque latere genu adusque munite erant in harum uero extremo
ferrum erat in uerlij formam acutum. Anulusque insuper fune illiga
tus in uertice machinam sustentabat. Ut uero adherebat hostium
nauis laxato fune scale dimittebatur ferrum pondere ac ui roboris

sup hostilem naue delapsum figebat. Si aduersa prora erat milites bini per scalas descendebant duo primi scuta ferentes deinde subinde latera scutis protecti. Sin aliqua erat hostilis nauis in eam coherentes ex tota simul naui desiliebat. Ita ludificandi facultate prerepta pedestre stabileque certamen hostes certare cogebantur. Structis paratisque omnibus quibus ad plurimum opus fuit, Consul aduersus hostes pugnaturus nauigauit. Carthaginenses per id tempus non longe amplius statione habebant qui ut aduentare hostes intellexerunt, magna affecti leticia quod maritimarum rerum experientia se longe prestare nec in ea re sibi pares esse romanos arbitrabantur. Centum et triginta nauibus aduersus hostes in altum ferunt tanto contemptu ut ad predam se non ad fugam proficisci iactaret. ut ergo appropinquarunt inter se classes, machine in singulis proris conspecte aliquamdiu incertos pro rei nouitate poenos tenuerunt. Tandem quidquid id foret omnino spernentes ruditate impitiaque hominum derisa contrariis proris in classem romanam ferunt. Romani ut institutum erat coruis repente dimissis ut quemque obuiam ierat nauis colligabant. Inde in eam euadentes cominus gladiis rem gerebant. Itaque carthaginensium naues que prime in romanos impetum fecerant breui capiunt. Inter quas fuit pretoria septiremis quam pyrrus epirotarum rex in italia et sicilia habuisse dicebatur. In ea tunc uectus hanibal carthaginensium dux iniecto coruo expugnaret. ipse in scapham saluti sue fuga consuluit. Reliqui uero carthaginensium qui aliquo interuallo sequebantur ut primas suorum naues ab hostibus captas intellexerunt, ad ludificandi artes conuersi non contrario impetu sed obliquo in romanos ferebantur. per eum namque modum uiolentiam coruorum se declinare posse existimabant. Sed cum ita institute essent machine, ut in quamuis partem inuicere possent: nil eis proderat artes. Siue enim ex latere siue ex transuerso appropinquaret. Continuo coruis implicite ac herentes coacte expugnabantur.

Ita rapti plerique et expugnatis reliquis tandem in fugam uertuntur. Supra quinquaginta in eo prelio carthaginenses amisere romani uictores pulsis ac fugatis hostibus rei maritime gloriam tunc primum vendicarunt. hec uictoria quam grata po. ro. fuerit. honores C. duellio consuli ob eam postea tributi ostendunt. Nam et triumphauit mo speciose. Verum et post triumphum illi datum est ut quotiens a cena rediret, tibia sibi ad funalem precineret ob memoriam rei geste quod ipse primus omnium romanorum hostes nauali prelio superasset. dum hec mari geruntur exercitus po. ro. qui a consule relictum tribunis mandatum ostendimus magnis inter se contentionibus agitabatur. Sociorum enim auxilia de uirtute ac gloria pugnandi cum urbanis copiis disceptabant. et paruo orta principio tandem eo contentionis processere, ut socii a romanis discedent ac per se ipsi castra metarentur. Id cum intellexisset amilcar qui terrestribus copiis in sicilia preerat improuiso illos aggressus supra quatuor milia sociorum interfecit. reliqui in castra romana depositis iam contentionibus rediere romana romana classis post prelium in segestanam oram nauigauit. Nam segestani quod in amicitiam po. ro. nuper uenerunt ob eamque rem a carthaginensibus obsidebantur. eo cum peruenissent romani confestim hostes fugant, obsidionis periculo socios liberant. Mox inde profecti macellam urbem circumsistunt atque expugnant. extremo eius estatis hanibal cum his que a prelio superfuerat nauibus cartaginem rediit. Ibi cum rationem gestarum a se in sicilia rerum senatui exposuisset. rursus cum classe in sardiniam mittitur. Iam enim romani eo profecti sardos corsosque inuaserant. Cum uero in sardiniam peruenisset hanibal bellumque nihil locis aduersus romanos gereret tandem in portis quodam inclusus classem amisit ipse tamen solita arte inter hostium manus delapsus euasit. sed mox a suis comprehensus et in crucem sublatus occidit. proximo dehinc anno nihil dignum memoria in sicilia gestum. Creati deinde consules C. sulpitius et aulus rutilius. Carthagienses

Per id tempus panormi copias habebant. Itaque consules ut primum
in siciliam traiecere panormum confestim panormi profecti struc-
ta ante urbem acie cum potestatem pugnandi hostibus fecissent, nec
illi contra educeret pugnamque detractaret. rursus inde mouentes
hyppanam oppidum aggressi tandem expugnarunt. Mutistratum
quoque licet maiori aliquanto militum labore ab iisdem consulibus
captum. post hec in camerinenses. hi paulo ante defecerant ab romanis
exercitus ductus. eorum quoque urbs machinis et tormentis expugnata
capitur. capta est et ab iisdem consulibus etna et alia quedam sicilie
oppida. lyppare que ab iisdem consulibus obsesse. per idem fere tempus
alia naualis pugna inter romanos et carthaginenses committitur.
Aulus. q. rutilius qui classi romane preerat apud tindaritanos
stationem habebat. is carthaginensium classem non longe a littore
conspicatus, extemplo suas naues conscendere ac se propere sequi
in hostem iubet. ipse celeritate prouectus cum decem solum naui-
bus longis ante aliam classem in altum defertur. eo confisus
quod hostes parum composite parumque structe iter facere uidebatur.
Cum itaque appropinquasset hostium classi subito illi conuersi in-
credibili celeritate romanorum naues circumsistunt ac primo
impetu nouem submergunt. Pretoria dumtaxat nauis in qua
rutilius ferebatur celeritate freta ui remorum euasit. inter hec
reliqua classis romana in altum delata obuios excepit hostes.
hic post magnum certamen romani decem carthaginensium
naues plenas cepere, octo mari submersere. reliquae naues fuga
arrepta in lypparas ut ab initio instituerant se recepere. Ceterum
ex eo prelio hac oppinione utrique euaserunt, ut primas uic-
torie partes sibi ipsi uindicarent romani quod maiorem nauium
numerum cepissent, quod deinde hostem fugassent carthaginenses
quod nouem romanorum naues primo impetu submersisset. quod inferi-
ores numero totam classem romanam aliquamdiu sustinuissent. his accen-
si studiis maiora parabat. Rome interea sepe in senatu sepe et
apud plebem agitatum est num bellum transferre in africam prestaret.

facilem .q. descensum et imbelles lybie populos esse co͞stabat
Preterea ut in longa pace omnis g͞nis preda refertos agros.
ea res transferre eo bellum hortabat͛. et ab sicilia facilius de- at illo
trahi carthaginenses posse domi inecto periculo uidebant͛
q͞ si insicilia ipsa certaret. his r͞onib; tandem consulib; p͞mis-
sum ut si ut e re p. existimarent fore copias in africa͞ tradu-
cere͞t bellumq; ab sicilia in libya transferre͞t. Ad hoc classis
paulo amplior illis decreta quinqueremiu͞ trecentarsi et
triginta. consules era͞t M. attilius regulus. et. l. manlius vi-
ri fortissimi et in p͞mis bellicaru͞ artiu͞ p͞iti. hi cum i͞ africa͞
traduce͞ copias statuissent e messane portu. ibiq; naq; to-
ta classis romana conuenerat, mouentes pre͞t dextru͞
sicilie latus supato pachim promo͞torio ecnomon uene-
runt. q͞ in his locis exercitus legionesq; classe͞q; expectare uis-
se prestolabatur. At carthaginenses cognita romanoru͞ uo-
luntate diuerso ipsi co͞silio bellum insicilia retine͞ et tra͞-
situm i͞ africa͞ hostium impedire constituerat. Ad hoc ip͞i͞
maiorem classem et illi parata͞ in qua trecente et q͞nqua-
ginta naues erant sibi ei co͞tinebat. Cum g͞o his q͞d traice͞
inafrica͞ illis u͞o prohibe͞ propositu͞ e͞et atq; ex eo certame͞
aut dubie appareret futurum Romani delectos milites
in nauib; collocarunt qui et nauali prelio sufficere͞t et
in terra africa expositi bello gerendo idonei fore͞t. cumq;
equites q͞ portandi e͞e͞nt rates complures quib; equi tra-
icere͞t ad classem adducant. paratis tande͞ omnib; naues
conscendunt. Singulis q͞nq;remib; trecenti remiges et le-
gionarij milites centum uiginti imponebat͛. tum minu͞
carthaginenses pari͞t romaniq; fuabat. fuerunt au͞t in
classe romana ho͞ium milia sup͞ centum et quadragita
Carthaginenses u͞o delectos solum ad nauale preliu͞ ho͞ies
classi imposuerat. horu͞ tum multitudo fuit sup͞ centu͞
et quinquaginta milia. quaru͞ rex magnitudine n͞o mo

presens quis et cernens. verũ et audies obstupescat. Totã
romanam classem quadripartito consules diviserat. har(um)
singule p(ar)tes duabus appellatio(n)ib(us) vocitabãt. prima q(ui)d(em) pars p(ri)ma
acies et prima classis. Secunda item ac t(er)cia eodez mõ. Qua(r)
-ta v(er)o et postrema ut in pedestri exercitu triarij appella
-bant. forma et structura totius agminis in spem t(ri)anguli
fuit, cui(us) in prima erat fronte s(ex)remes due. quarũ in
altera M. attilius. in alt(er)a L. Manlius ferebatur. Hos p(ri)ma
et secunda classis ab vtroq(ue) cornu ad una sequebãt. ita ut
rostrũ cuiusq(ue) secunde navis extra respiceret p(er) hũc modũ
dillatatis p(au)ulatim acieb(us) trianguli resultabãt lat(er)a. Mediũ
int(er) has ibat tercium agmen cui rates equitũ erãt tribute.
Triarij extremũ claudebant, pariter extenso agmine q(ue) bas
-im trianguli facientes. hec forma expeditissima et ad resiste
-dum aptissima visa ẽ. Cartaginenses interea ex lilibeo solue(n)
-tes heracliã venerat. Inde conspicati romanã classem in
quatuor et ipi p(ar)tes copias divise(re). harum tres in altũ de
late extenso longius dextro cornu q(u)i hostem circũuentur(e)
consistebãt. Quarta vel sinistrũ erat cornu, prop(ter) litus
astabat. proris omnib(us) in hostes conversis. Duces erant cartha
-ginensium hanno et amilchar. Quor(um) hãno cũ velocib(us)
navib(us) ex omni classe delectis dextro preerat cornu. Amil
-car v(er)o cum omni robore mediũ agmen regebat. Sic igitur
vtrinq(ue) structe cum iaz in propinquo ẽẽt Carthaginenses
magno ac t(er)ribili clamore sublato romanos invadunt
Reclamatur ab romanis altissime: nec minus infeste illis
occurrũt. Consules primo statim congressu tenuẽ et exte(n)
-sam hostium aciẽ nacti! suam v(er)o firmaz et compositaz ut
ex utriusq(ue) structura ostendim(us) mediũ poenor(um) agmẽ magno
impetu p(er)rumpũt. Illi v(er)o celeritate freti, ideoq(ue) ab amilchare
primo docti ut romanorũ classez disiungerẽt ex composito
cedũt quo facto prima et secunda romanor(um) classis cupidi(us)

insecute longe ab reliquis separant. Nam tercia quidem classis
cui rates equitum tributas diximus. Item triarij qui extre-
mum claudebant agmen tardius sequebantur. Cum itaque longe
disiuncti essent a tuis signo e naui amilcaris (ut ante conue-
nerat) sublato repente naues hostium undique in romanos in-
tuunt ac primam, et secundam classem in quibus consules erant
circumsistunt. Committitur magnum prelium ac dubio euentu ali-
quamdiu pugnatur. hannonem dextro carthaginensium cornu
prefuisse diximus. Is ubi pugna implicatas conspexit primas ro-
manorum acies a pelago cum suis nauibus conuersus triarios
inuasit. Committitur et apud triarios atrox prelium. dumque han-
noni resistunt totum romanorum agmen cui rates equitum
tribute erant aliquanto processerat hoc quoque quarta carthaginen-
sium acies in littore inuadit. Ita tres nauales pugne uno
in tempore diuersis locis committuntur. In quibus celeritate quidem
et arte ambiendi eludendique longe prestabant carthagi-
nenses. sed cum ad manus uentum erat robore ac uirtute
romani preualebant. numerus autem nauium singulis pu-
gnis erat pene par. Nam et due carthaginensium acies
aduersus duas romanorum que primo antecesserant. et alijs
in locis singule aduersus singulas congresse certabant. hic
quos clamores. quos strepitus. quos denique casus aut hor-
rores fuisse dixerim. tria magna prelia uno in sub tempus
paruis et inter se diuisa spatijs telis et gladijs impulsione
nauium et omni peritie certantia conspiciebantur. Multe
ubique fracte naues multe salo inverse uectores naufragos
per undas effuderant. alios tabulis alios remis. multos etiam
scutis ipsis innitentes rubescebant cruore fluctus. Naues
per corpora hominum interfacere cogebantur. Clamore ac uociferan-
tione celum et littora resonabant. uersabantur enim in ea pugna
naues rostrate paulominus quam septingente. preter honerarias
que aut traijciendarum gratia equorum aut commeatus ca

secute fuerat. Itaqz ut nauale prelium structura acierū et multitudie nauigioꝝ terrestre quodāmō uidebat. In tāto ꝗ ac tam atroci certamine tandem uictorie initiū inde ortum, unde pugna inceꝑat. Consules .q. ambo in prima pugnabāt acie, hi circundati ab hostib; cum diu egre restitissent, demū cohortati suos uiolentia et robore naues carthaginensium prumpūt. alias capiūt. alias submergūt. Si que naues resistebāt in eas coruis iniectis milites transcēdebāt, ac summa uirtute dimicabant, proderatqz nō parū ꝗ in oculis consuluꝫ res gerebāt. Plura .q. milites ī prelijs faciūt ul' ignominie metu, ul' glorie cupiditate, ꝗ uera uirtute. Ipi quoqz consules tales erant ut queuis et ignauū ad fortitudinis opa quirent incēdere. Primi omnium pugnas capessere laborantib; succurrē, ubi maius erat piculū ultro se offerre, alios cohortari, alios monē, his bonis artib; impigre freti, tandem hostes erupāt. fit magna carthagiēsiuꝫ cedes. multe eoꝝ naues submerguntur, aut capiūt. reliq sese fuge mandarūt. Marcus attilius regulus ubi prima classe profligatos hostes fugatosqz conspexit. collega ad eorū reliquias psequēdas relicto ipse cum secunde aciei integris nauib; triarijs succurit. Illi ab hannone circūdati iam ꝑde sumo ī discrimine uersabāt. Aduentu consulis triarij audatius resistūt. Consul magno aīo in classem hannonis ruēs incredibili uirtute hostes inuadit. fit et hoc loco magna cedes. Naues multe expugnant. nō nulle fracte et armamentis nudate salo mergunt. Deniqz ancipiti malo circumuentus hanno ꝗ a fronte sibi et a tergo sui oppugnabāt fugam arripuit, ac celeritate fretus in altum defertur. Restabat tcia pugna que littori erat proxima. In hac romani plurimum laborabant. Nam et aliqāto hostium numerus circūsteterat, et ita in artum coegerat, ut uix explicare se possent. Deniqz iam pridem perijssent ni coruos ueriti cartha-

ginenses immitte naues formidasset hoc igr metu ab īuadē
da abstinebant. sed arte quadā circumseptos propellē ad lit
tus nitebant. Nec certe iam longe aberat nec ulla salutis
spes superesse uidebat. In huc modum laborantib; uno fer
me tempore Attilius uictor triariis et Manlius a prima classe
diverso itinē succurrūt. Hactisq; in medio hostes frequētes
eorum naues plenas capiunt. Reliquie in littus adacte fran
gant. Romanis trib; maximis prelijs hostib; supatis ubiq; uic
toria potiti sunt. fracte sunt in his prelijs romanorū naues
quatuor et uiginti carthaginēsiū uo supra triginta plena āt
nulla a carthaginesib; capta. Ipsorū uo quatuor et sexaginta ro
mani plenas cepere post hanc pugnam consules paucis diebus in
sicilia comorati quas cepant naues reparūt et ad classē ad
iunxerūt frumento deinde ac ceterū q usui sūt impositis
nullo iam prohibente in lybiam nauigarūt. Mercurij est
in africa promontoriū longe in pelagus cōtra siciliam
protendēs. Eo romana classis primo applicuit. Inde rursus
structa atq; parata ad urbē clipeam pueit. Consules non
longe ab urbe copijs in terram expositis naues subduxerūt
ac uallo et fossa circūdederūt. Inde ad urbem clypeā ūsi
obsidē illā et oppugnare aggrediūt. Carthagi interea ualde
trepidatū fuerat. cum et suos duces nauali prelio superatos
et romanos uictores aduentare in africā nūtiaret. fuitq;
omnium opinio consules recto itinē carthaginē ipam in
festis signis petituros. Itaq; hannonē propere cum his naui
bus que reliqu fuerāt a pugna carthaginē accersitū. Arma
tis insup urbanis copijs tutari urbē portūq; iusserūt. Sed
postq; cognouē expositis in terrā copijs nauib;q; subductis
clipeam urbē ab romanis obsideri. posito domi metu ex
ercitum parare ac terra hostib; occurrere statuerūt. dū copie
a carthaginensib; parant. consules uiter hec expugnata
urbe clipea presidioq; militum imposito omēs subinde copias

al' fuerūt

in agrum carthaginensium educunt: nulloque obsistente lon-
ge lateque regionem populant. Villarum edificia oppulen
tissime hornatissimeque structa incendunt predam omnis
generis capiunt: captivorum hominum capita super viginti milia ad
naves adducunt. his rebus gestis legatos romam mittunt, qui expo
sitas in terra africa incolumes copias, et captam urbem clipeam,
ac cetera ab eis facta exponant, et que natura sit locorum: quante
hostium copie, qui ue consulum animus, quibusque ad bellum sit
opus senatum populumque edoceant. Post missos legatos consules
longius cum exercitu progressi alia subinde appetendo loca cunc-
ta ferro igneque involvunt. commeatus affatim ut in ubere solo
ac diu paccato aderat. populi imbelles, et ad predam nati mi-
lites facile ductabant. Cum hec esset fortuna rerum, littere senatus
afferuntur quibus alter consulum cum parte copiarum in italiam redire
iubebatur: alter cum reliquis copiis manere ad bellum in affrica ge-
rendum. Cognita igitur senatus voluntate, et si periculosissimum vi-
debatur tam remotis alienisque regionibus, tamque valido terra marique
propinquo hoste copias disiungere, presertim cum magnos delectus
habere, et undique exercitum cogere hostis nuntiaret. tamen ut dicto se-
natus parerent inter consules convenit, ut M. attilius regulus
cum quindecim milibus peditum, et quingentis equitibus, navibusque
rostratis quadraginta in africa ad bellum carthagini inferrendum.
Manlius autem cum cetera classe, ac aliis omnibus copiis in italiam
rediret. hac igitur partitione exercitus facta: Manlius captivis ac
preda navibus impositis ex africa solvens, siciliam mox primo,
mox italie oram pretervectus ad tyberina incolumis hostia
pervenit. Regulus autem post collegae discessum cum residuis co-
piarum rursus agrum hostium ingressus, magna insuper cla-
de regionem afflixit. per hoc tempus apud bragadam fluvium
castra habens: Marcus attilius serpentem horrende magni-
tudinis apud ripas eius fluminis stabulantem ballistis et ca-
thapultis oppugnatum occidit. Cuius postea corium roma

delatum centum uiginti pedum longitudine fuisse quidam memorie prodiderunt. post hec urbem quam adin uocant obsidere et pugnare aggressus est. dum circa illam moratur consulesque interea carthaginenses magis equitum peditumque copiis magno insuper elephantorum numero contractis duces prefecerant duos hasdrubalem hannonis filium et boscarum. Accersierant quoque hasdrubalem a sicilia quem nauali opere prelio interfuisse memorauimus is heraclias soluens milia peditum quinque ac sexcentos equites siculo bello expertos carthaginem traiecit. tertiusque ipse dux additus curam belli una cum hasdrubale et boscaro habere uidetur. Cum de administrando inter se duces consultarent bello placuit copias aduersum romanos educere ac suis qui apud adin obsidebantur opem ferre. Nec tantam uastitatem postulationemque regionis contra decus nominis imperijque sui tolerare. Romani iam ad urbem aggerem egerant ac summa vi adin oppugnabant. nec oppidani resistere diutius poterant. ob hec properantes carthaginensium duces cum omnibus copiis profecti in proximo colle edito atque aspero colle castra posuere ita ut inter castra et urbem romani medij essent. Attilius omnem uictorie spem in elephantis et equitatu habere hostes intelligebat. his longe prestare robore autem legionum impares esse. ut igitur hanc eorum spem opportune preuerteret minime expectandum censuit. donec hostium copie in planiciem descenderent. sed uocatis tribunis centurionibus de secunda uigilia cum duabus legionibus circumire montem ac e diuersa castris regione hostes inuadere ac inse quam maxime concitare iubet. ipse uero qua proximum iter erat sub collem cum reliquo exercitu succedit. Tribuni ac centuriones ab attilio premissi cum prima luce montem infestius ascendere cepissent. omnis repente multitudo e castris sese obuiam illis effudit. Sed neque equitatus per abrupta ac procliuia loca quicquam ualebat. nec elephantorum opus erat ullum. Veterani tamen milites nuper e sicilia cum amilcare aduecti e superiori loco egregie dimicabant.

al' amilcarem

legionesque romanas pedem referre aliquanto coegerat. Magna tamen uirtute romani adnixi uim ac naturam loci pene superabant. In eam pugnam intentis cunctorum animis consul repente alia ex parte superato marte prope castra hostium apparuit. conclamari ceptum est uehementissime a castris quo clamore conterriti qui preliabantur. omisso priori certamine aduersus consulem recurrebant. At ij qui cum attilio erant superiorem nacti locum facile hostes deijciunt. et tribuni legionesque qui modo pedem retulerant. acrius in hostem conuersi. ab radice montis instabant. Ita in medio circumuenti hostes undique cedebantur. denique magna parte eorum cesa reliqui sese per abrupta precipites dantes euasere. Romani pulsis fugatisque hostibus et illorum castris potiti ad urbem quam obsidebant reuertantur. eamque sublata iam auxilij spe confestim capiunt. Post hec attilius cum exercitu profectus Thunes oppidum quindecim millibus passuum a carthagine circumsistit. atque expugnat. Apud id oppidum quoniam opportunissimum bello urbi carthagini inferrendo uidebat. consul legiones collocat. Sede quoque ea belli atque arce utitur. carthago enim in promontorio quodam sita est in mare protendens. super urbem uero qua id promontorium ad ceteram africam continetur pallus regionem coartat. Ita ut parua admodum planicies inter paludem et altum mare relinquatur. In his uero locis Tunes est oppidum quod inter paludem ac littus regionem claudit Nec plus distat a carthagine quam quindecim milibus passuum. Apud id ergo oppidum consistens M. attilius omnem a terra aditum carthaginensibus abstulerat. Nec multum ea res ab obsidione distabat. Carthaginenses uero ingentibus prelijs mari terraque ab romanis superati amissa insuper agri parte et magnis cladibus afflicti exiguam spem salutis trahebant. Post nouissimum enim prelium quo ab romanis fusi fugatique fuerant. numidarum ingens multitudo spe rapinarum pellecta in agrum carthaginensem predatum uenerat. a quibus

plures quoque clades insurgebant carthaginensibus sociisque. Nam
ab romanis multitudo ... vaga et rapax gnara insuper
locorum omnia rimabatur. fuga simul hominum pecorumque ex agris
in urbem cum tumultu et trepidatione omnium erat. amisso
frumento populatis agris: impediente insuper obsidionis me-
tu ab romanis: fames haud mediocriter premere urbem cepit.
Tantis afflicti cladibus nec quid ageret, nec quo se verteret
satis apud se constituere poterant. placuit tandem quoniam certa
omnia extrema constituere potant videbant legatos ad
consules mittere si de pace cum romanis convenire posset.
Maxime vero ea fiducia ad pacem petendam ducebantur quod longo
ante id belli tempore foedere et amicitie inter romanum
et carthaginensem populum contracta: ac nuper in pyrrhi epi-
rotarum regis adventu magno consensu utrinque populi re-
novata. Itaque hoc fundamentum superioris benivolentie presentes
discordias facile sopiri posse arbitrabantur. quoniam non odio neque
acerbitate susceptum erat bellum. Sed metu quodam maio-
ris potentie, qua ne conculcaret italiam romani formida-
rant. Principes igitur civitatis ad id munus delecti cum ad con-
sulem venissent agere de pace ceperunt. Multa circa id
a carthaginensibus legatis dicta cur pacem concedi petentibus
presertim cupientibusque prestaret. Amici etiam insuper et foe-
dera sepius inter utrunque populum renovata ex scripto
recitaverunt. et se fidos vetustosque populi ro. socios asserentes
causas autem belli non ex quibusdam iniuriis: sed inani suspitione
cohortas attenuare susceptas esse nitebantur. Quorum nos vero
in foederum mentionem incidimus utile putamus ab initio re-
petentes foedera ipsa ut scripta conventaque fuerant pro co-
gnitione rerum hoc loco inserere. primum foedus inter utrun-
que populum initum est statim post Tarquinium regno pul-
sum L. Iunio bruto et M. valerio consulibus in quo hec fere
comprehensa fuerunt. Amicitiam fore po. ro. carthaginiensibusque

item romanorum carthaginensiumque sociis non nauigare romanos
socios ue romanorum ultra promontorium pulchri. Si quis coac-
tus ui uel coactus his locis applicuerit nihil emito nihil ue subinitto
pret que ad sacra uel ad nauigia. intra diem quintum inde
abito mercimonij si aduenerint immunitas esto preter scri-
bam et preconem. quot aut presentibus his in africa aut Sardi
nia uenundata fuerint de his publica fides esto. Si roma
norum quis in siciliam uenerit quibus in locis carthaginensis
populus imperat. equa sint omnia. carthaginenses iniuria
non inferant ardeatibus. Ancratibus. ariciniis. cerceis. taracian
sibus aliisue latinorum quot paret romano po. Siqua ciuitas
non paret aliena esto. siquod oppidum in latio ceperint
carthaginenses po. ro. integrum reddito. Nullum in latio pre
sidium edificato. si perduelles introiret in his locis non pernocta
to. Hec fere primo foedere comprehensa fuerant. Post hoc ali
ud foedus initum est in quo additi sunt tirij. et Vticenses.
Eius foederis uerba ferre sunt hec. Amicitia esto po. ro. so
ciisque et carthaginensibus tirijsque et uticensibus ultra promon
torium pulchri non licet nauigare romanis sociisque nec prede
gratia nec mercature. Neue quod oppidum his locis habere.
Siqua oppida carthaginenses in latio ceperint si illa roma
nis non parebant. preda illorum esto. oppida reddunto. Siqui cap
tiui abducti ex liberis populis quibus cum sit foedus po. romano
in portus po. ro. non adducito. Si quis adductus fuerit si
romanus apprehenderit dimittito. Idem romani faciant
in his locis quibus carthaginenses imperent. Si aquam uel
commeatum sumpserit po. ro. in iniuriam non inferto quibus amici
tia sit uel foedus. Si non fuerit priuatus abito. Si non publice
iniuria esto. In sardinia et africa nullus romanorum sociorum
ue negociator. neue oppidum possideto preter cibaria uel ad na
uigia. Siqua uis detulerit intra quintum diem abito. In sicilia
quibus locis carthaginenses imperent. item cartagine romani

omnia facito negociatorque quod cuique licet. Idem carthaginensibus
rome ius esto. Carthaginenses iniurias non inferunto Ardeati-
bus. Anciatibus. circeis Taracinensibus et ceteris ut in superiori
federe expressum est. Post hoc aliud foedus inter romanos et car-
thaginenses initum est per id tempus quo pyrrus epyrotarum
rex in italiam ac siciliam traiecit. In eo foedere eadem compre-
hendunt. Deinde adiungunt hec si amicitiam cum pyrr-
ho inierint faciant ambo ut auxilium ferre alteri liceat
iis quibus bellum infert. Si carthaginenses socii ne auxilium
romanorum postulabunt nauigia prebeant ad traiciendum
belligerendum. Sin romani postulabunt carthaginenses mari
opitulent. in terram uero uti descendant nullus compellito. Sti-
pendia uterque suis persoluito. hec erant foedera inter utrumque popu-
lum. litterisque rome latinis. Carthagine foeniciis grecis tabu-
lis in publico scripta. Que tunc recitantes legati pacem se apud
M. attilium facilius consequi posse arbitrabantur. consul se ha-
ud ignarum federis esse respondit atque eo grauius offensum popu-
lum ro. quod carthaginenses bellum quam pacem offerente nuper appio
claudio consule maluissent. Nam licuisse po. ro. mamertinos
liberum populum in amiciciam suscipere haud ambiguum esse cum in
africa tantum et sardinia habere oppidum romani ex foedere prohibiti
essent. In sicilia autem non essent. Enimuero se ea de re discepta-
tionem omittere quam illi ipsi nunquam iure foederis introduxissent sed
ferro potius conculcandam putassent. Ut autem ad presentia respon-
deat pacem se haud abnuere quominus petentibus daret. cete-
rum esse eius qui det pacem condiciones ferre. Itaque si pa-
cem uelint carthaginenses omnia senatus populique ro. ar-
bitrio potestatique permittant. Eas laturi leges que ab illis prescribentur.
Id consulis responsum adeo superbum legatis uisum est ut contestim
reclamarent. quid grauius tandem ad extremum uictis foret
imperaturus. Inde re infecta abeuntes cum in senatu cartha-
giniensium ea retulissent tanta est indignatio coorta ut cuncti



una voce reclamaret mortez potius ac extrema omnia
ēē subeunda, urentesq a pacis spe ad belligerandi studiuz
mirifice converterentur.



Finito Libro pmo Secundus
incipit.

Esponso Marci attilij consulis irritatis car
thaginensium animis, et a spe pacis ad stu
dium rei pu. quantū nūq antea conuersis
ut in extremo evenire solet discrimine ma

iora quedam enixiori studio parabant. Itaq duces prefici
exercituz reparare, copias cogē summa industria nō cessabant
ex gallia atq hyspania. Item ex grecia scripti milites quo
tidie navib affrebant. Accersierāt et xantippuz lacede
moniuz rei militaris pitum. Is carthaginē cum aliqua ma
nu adduct percunctando et sciscitando cum quemadmodū
supati essent cognouisset nihil indigne passos carthagienses
ait. siquidem impite freti potentia, apitis hominib superati
essent. errata subinde quib res euerse forent quasi discipli
nam quandam apiens docuit. opportunisse his in locis castra
metatos ēē. sic aciem struxisse. sic elephantos. sic equitum
sic peditu robur collocasse. hec iactando atq iterando greca
facundia effecit, ut antiquitatis ceteris ducib suma rei bel
lice uni sibi mandaret. Cura igit exercitus p hunc modū
suscepta instituendo militez atq exercendo brevi composuit
et seruare ordinez disciplinaq coegit. Tantaq brevi tempore
ob huius uiri spem facta ē conuersio aīorū, ut qui mō ne cō
spectum quidem romani exercit sustinē potuisset. ultro iam
postularet, ut ad hostez ducerent. Cognito ig militū ardore
carthaginenses fortunā prelij experiendam rati adversus ho
stem copias dimisē. ducebat aūt xantippus nō p colles, aut
montana loca: sz p campos ut prius docuerat. Quod. ig. equi
tatu elephantisq plurimū ualebat. ea de cā aspa declinaq

vitanda. plana non appetenda illis ostenderat. Marcus attilius
cognito hostium aduentu quamquam mutatam consuetudinem et pere-
nam disciplinam superuenisse intelligebat, tamen dimicandi cu-
pidus obuiam processit. suaque castra hostium castris quam proxime
admouit. ita ut spacium non amplius quam mille ducentorum pas-
suum interesset. In hac propinquitate xantippus ex uallum
primus copias educit potestatemque pugnandi facit. Instruenda
acie prima fronte elephantos ad unum constituit. Post hos
aliquo interuallo multitudinem urbanam collocauit. dextro
deinde ac sinistro cornu conductum militem omneque robur
veteranorum distribuit expeditum quemque et celerem ab utroque
cornu inter alas equitum pugnare iussit. Consul ubi produc-
tas hostium copias prospexit militem et ipse confestim produxit.
aciemque haud cunctanter struit. Aduersus elephantes expedi-
tos toto exercitu delectos opposuit. post hos multiplici subsidio
aciem firmauit. Signa autem militaria non in fronte sed intra
aciem continuit. equitatum non in utrumque diuisit cornu.
sicut tota acies in fronte angustior. Ceterum multiplici sub-
sidio firmata. quod ideo prouiderat consul ne ab elephan-
tis prorumpi agmen posset. Eminus ut ad uiolentiam elephan-
torum utiliter id a consule prouisum. sic ad periculum circumuen-
tionis inutile. Nam cum longe equitatus multitudine
prestaret carthaginenses coartatio ipsa atque conglobatio
aciei facilem hostibus circumdandi facultatem prebitura erat
Structis utrinque aciebus cum tube canere cepissent. Xantip-
pus simul elephantos concitari in romanos simul ab utroque
cornu equitatum quam infestissime ruere iussit. Acriter aduersus
hos concursum est ab equitatu romano et magna uirtute
ab utroque cornu inter equites dimicatum. et aduersus
elephantorum uim expediti milites ualide resistebant. qui
et qui in leuo romanorum cornu pugnabant declinato be-
luarum impetu in dextrum carthaginensium cornu ruentes

magnam cedem ediderunt ac tandem in fugam ab ea parte versus hostes usque in castra persecuti sunt castraque ipsa oppugnare ceperunt. Dum hic circum castra morantur interea varie labi fortuna prelii cepit. Equites enim romani post longam pugnam ab equitatu hostium superati cum tantam multitudinem sustinere non valerent se se ad legiones ab utroque cornu recepere. Magnum vero ac terribile certamen circa elephantos versabatur. Bestie enim pluribus ex locis in expeditos quos ex ordinem oppositos illis diximus ruentes plerosque eorum foedaque strage conculcarant reliquos in fugam versos palantes egerant. Sed cum ad legiones ventum esset bestie subsistebant. Firma enim ac solida romanorum acies elephantorum impetum sustinebat nec perrumpi patiebatur. hoc certamen longe maximum fuit conantibus elephantorum magistris aciem perrumpere. romanis autem denso ac solido agmine tanquam uno corpore resistentibus. In hunc modum varie luctantibus, variaque fortuna belli prelii obsistente Xantippus ut solidam romanorum aciem labefactaret, circumire equitatum ac extremo a tergo lacessere iussit. quod cum equites pluribus locis facerent ac legiones romane necessario contra equites converse illis resisterent ac propellerent. interim rarefacta acies atque disiuncta ab elephantis perrumpitur. hinc cedes et strages passim fieri cepta. Inter hec ad duo milia romanorum militum quos a levo cornu superatis usque in castra persecutos diximus cum circumventam aciem romanam conspicerent nec facultas remeandi ad suos daretur quoniam media loca hostis tenebat fuga abrepta in clippeam evaserunt. Ex reliquo autem exercitu ad quingentos duntaxat vivi capti et in his M. Attilius consul. reliqua omnis multitudo vel a bestiis conculcata vel ab hostibus cesa interiit. Carthaginenses parta victoria incredibili gratulatione ac letitia in urbem copias reduxere. Maximo tamen spectaculo fuit M. Attilius consul ingens exemplum rerum

humanarum: qui modo tot victorijs gloriosissime partis tribi
lissimus erat hosti et carthaginensibus suppliciter pacem oran
tibus unicam esse viam pacis si se suaque deberent. respondebat
is tunc victus nec potentia modo, verum et libertate pri
vatus in eorum potestatem quos paulo ante contempserat de
venit. Post hec carthaginenses omnibus copijs profecti clipeam
urbem que satis magno presidio romanorum tenebat, et in
eam ad duo milia ut diximus hominum ex prelio confuge
rat, obsederunt. rome vero ubi profligatum in africa exercitum,
captumque M. attilium consulem ac reliquas copias in clyppea
obsideri nuntiatum est, meror ac luctus civitatem pervasit atque
eo acrior quo magis contra spem accidisse videbatur. conversi
deinde ad curam salutis eorum qui in clippea obsidebantur,
magnam classem parandam statuunt et in africam dimitten
dam. Carthaginenses interea clippeam obsidebant, ac summa
vi oppugnabant. Sed tanta erat militum qui obsidebantur virtus,
tantaque providentia ut omnes hostium conatus in irritum
caderent. Quamobrem desperata ad extremum expugnatione
cum insuper classem parari a romanis qua rursum in africam
bellum trayceret nuntiaretur, obsidionem dissolverunt, et ad
curam parande classis et ipsi incubuerunt. per hec tempora
Xantippus lacedemonius quem prelio ducem fuisse osten
dimus: incertum qua de causa repudiata belli cura in greciam
abijt. Sunt qui putent invidiam veritum, quam plus nimio iam
sibi efficere sentiebat, emigrandi consilium assumpsisse. Alij for
tunam tentare rerum adversus romanos horruisse, ne pulcro
initio turpem finem imponeret. utrumque tandem fuerit abijsse
illum constat inter primam victoriam et secundum apparatum
belli. Eius qui secutus est anni principio veris carthaginenses
ducentas naves, tot enim paraverant, e portu carthaginis dimis
sas circa siciliam et media loca observare navigationem roma
norum et impedire iusserunt. Romani autem classem effecerant

trecentarum, et quinquaginta nauium. Cum his M. emylium et seruium fuluium consules in affrica traycē et inclippeam qui obsidebant milites suscipere iusserūt. Consules igit primo in siciliaz classe classe traducta, cum inde rursus in africam nauigaret nō longe a mercurij promōtorio ducentas hostiuz naues quas ad obseruanda ea loca impediendamqꝫ nauigationem romane classis a carthaginensibus dimissas ostendimus obuias hūere. Conuisso cum his prelio romani et uirtute et nūo nauium longe pstātes (quippe trecente qnquaginta rostrate naues romanoꝝ adūs) ducentas carthaginensiūz congresse dimicabāt) primo impetu uictoriaz adepti sunt: quatuordeciz sup centum carthaginensium naues in eo prelio romani cepē. Victis q. fugatisqꝫ hostibꝫ cum ī africe littore copias exposuissent, ac milites qui inclippea erāt suscepissent paucis in africa diebꝫ commorati rursus inde soluentes. Siciliam repetiūt. Transmisso prospere pelago quod africaz siciliamqꝫ intiacet, ēternuz sicilie qd ad libiam exponit tenuē. Ibi cum nō procl camerina essent in tantā calamitatē inciderūt, vt ul scribere quis ul audire phorreat. Aduersa siquid tempestas subito coorta ita classem dissipauit, vt omnia circū littora naufragijs complerent, incredibilis multitudo cadauerūz p undas ferret. Ex nauibus n. quatuor et sexaginta supra quadringentas vix octoginta incolumes a tempestate relicte sunt. Reliquę omnes aūt submīse undis aut scopulis infracte. Maius aūt naufragium nemo ante nostram ętatem factum audiuit: quod accidit temeritate et obstinatione consulū. Nautis n. sepius monentibꝫ uitandum esse externū Sicilie littus, qm id importuosuz ac infestū esset, presertiz in ea aīn tempestate. Inter orionis n. et canis signa nauigatione faciebāt. Illi paruipendentes nautarū uoces, dū fiducia prioris uictorie elati vrbes quasdaz hostiū p id

- littus -

littus capere properant gratia parue admodum spei i maxima dãna calamitatesque se inuecere. Ita pulcerrimas res gestas naufragia foedarũt. Cognitis his q romane classi acciderat carthaginenses qm nec tra se impares ee romanis pp superius prelium aduersus M attilium consulem factum, nec mari pp ingens detrimentũ ex naufragio accepto putaret maiori iam animo ad pedestres simul marittimasque parandas copias adiuntũt. Hasdrubalem itaque cũ omni ueterano exercitu nouoque insup delectu habito et centum quadraginta elephantis in siciliam miserunt: ac ex ueterib nouisque rostratis classem ducentarũ nauium effecerũt. hasdrubal igr prospe traiecto pelago: copiisque oib et elephantis incolumib lilibei expositis romanorũ sotios p siciliam infestabat. Romanis aut etsi grauiter calamitates ex naufragio accepte patrum sil plebisque fregerũt aios. tũ ne concedere carthaginensib uiderentur: nouã classem centum et uiginti nauium edificandam curarũt. Quod tanta celeritate factum est obstinatis in bellum aiis, ut nonagesio die post cesam in siluis materiã in mare naues deducerẽt. Cum ea classe Aulus equilius et C. cornelius consules petẽ siciliã bellumque aduersus poenos inferre iussi Messanam puenerũt. Ibi acceptis que naufragio supfuerũt nauib: tota siml classe trecentae quinque remes he fuerũt: profecti panormũ q una urbs p id tpus sociis populi ro maxime infesta erat magna ui aggrediunt. Per idem fere tpus M attilium regulum quem sup captum diximus carthaginẽses romã miserũt. causa uo mittendi fuit q comutatioẽz captiuoz fieri optabant. Idque p fauorem eius uiri facile sic consequi posse arbitrabãt. Verũ ea res cõtra euenit. Nam cũ romã uenisset Attilius, atque de ea re in senatum uerba fecisset. Rogatus et ipe sntiam dissuasor ueneniũ non presentarint fuit comutationis faciende. Inter cetera inquit uereri se ne uenenũ nõ pñtarint carthaginẽses sibi prebuissent. Id ex quib rebus quas referre supuacaneum foret non

in merito suspicari. ob ea uerba cum postea carthaginē re īfecta redysset supplicio affectus est. Rome quia in quosdam nobiles carthaginensiū qui captiui asseruabāt ob uindictā martire gulli seuitū. dum ea rome gerunt, interea consules panormū summa vi terra mariqꝫ oppugnabāt. Aliquod tempus circa illud comorati tandem eam ꝑtem urbis q̄ neapolis appellabatur machinis ac vi militū ceperunt, quo facto reliqua urbis pars metu adductis ciuibꝫ consulibꝫ dedit. Capto panor̄mo consules presidioqꝫ imposito. cum nihil fere aliud gessisset ē prouintia discesse. Proximus deinde ānus consules habuit C. seruilium et CN. sempronium. hi accepta classe cū primo in siciliam traiecissent, placuit inde rursus africam pete. Delati igr̄ omnibꝫ nauibꝫ cū pluribꝫ in africa locis copias exposuissent, magnasqꝫ ubiqꝫ intulissent clades. tandem in lothophagorū insulaꝫ que mirmix dicit̄. nec longe abest a magna syrthe, peruenerūt: ibi ignorantia regionis in arcta quedam incidentes loca refluxu maris in arido destituta classe inopes consilij aliquandiu constituerūt. Cum pene desperata salus esset. tandem rediens unda eos recepit. Nec alit tanqꝫ iactu omniū onerū euade potuerūt. Itaqꝫ posthac necessariorū penuria ac metu prioris ꝑiculi sic iter fecerūt. ut fuge similis eorū nauigatio uideret. Post multos labores in siciliā reūsi panormi constiterūt. Ibi aliqꝫdiu comorati cum italiam romamqꝫ peterent coorta subito tempestas in altū arripuit lateqꝫ dispsit. Sup̄ centū et quadraginta naues ex ea classe varijs in locis periere. Tantis calamitatibꝫ acceptis po. ro. et si turpe existimabat, tn̄ damnorū magnitudine supatus mari abstinendum ac terra aduersus poenos pugnādū statuit. Itaqꝫ eo qꝫ secutus est anno nō amplius q̄ꝫ septuaginta nauibꝫ ad traducēdum in Sicilia copias, frumētūqꝫ importandū romani usi sūt. Cum his .L. cecilium metellum et C. furium consules exercitum in siciliam traducere iusserūt. Itaqꝫ tm̄ aduersus hosteꝫ bellum

bellum gerere. Quo facto accidit rursus carthaginensium
rem superiorem esse. Nam et mari sine controuersia dominabantur
sublata romana classe, et terra magnas copias elephantosque
habebant: quorum tantus erat terror post attilium uictum acieque pro-
fligatam, ut et in biennio iam nullo alio quam elephantorum
metu a prelijs abstineret. collibus se ac montibus tutarentur, nec
in campis pugnas capessere unquam auderet. Quamobrem ad extre-
mum populus ro. hoc exercitus metu animaduerso, necessitate et
ipsa compulsus ad studium parande classis rursus incubuit. et
iam alter consul C. furius comitiorum causa romam euocatus consu-
les designauerat C. attilium et L. manlium. Consiliisque ad rem
naualem animis et futurum annum spectantibus preter spem omnium
res prospera L. Metello in sicilia gerit. Hasdrubal enim carthaginen-
sium dux quando relictum consulem alterum in sicilia cum parte dum-
taxat copiarum exceptiuus cognouerat. lilibeo profectus exerci-
tum elephantosque in panormitanum agrum induxit. Metellus
cognito hostium aduentu intra panormi moenia exercitum con-
tinebat: metumque industria maiorem simulabat. quod cum plures
dies fecisset, nec lixas quidem aut calones ex portas exire pateretur elatus
maiori fiducia hasdrubal uastatoque undique et incenso agro.
tandem copias panormi moenibus admouit. Metellus cum appropin-
quaret menibus, uelocem quenque et expeditum militem emittit: hisque
irritare atque distinere hostem iubet. Aduersus autem elephantos qui
illi plurimum terrori erant) hac arte pugnare monet, telis incu-
busque bestias impetere: ubi ille irate in eos magno impetu ferentur,
usque ad fossas urbis militem refugere, et in fossas ipsas se demittere.
Inde rursus cum bestie recederent, pone aggredi in suosque eas
concitare. Multitudinem insuper urbanam ab ea parte oppidi pro
moenibus constituit: et ubi appropinquaret elephanti, tela omnifa-
ria in illos iacere precepit. ipse paratis instructisque reliquis copijs
diuersa regione urbis ad leuum hostium cornu spectante intentus
rei bene gerende subsistebat. Nihil eorum que cogitauerat metellus

fefellit. Nam et expediti urbe egressi incepta pugna hostem di-
stinuere. Ac elephantorum magistri plurimum sibi arrogantes et vic-
toriam suam esse uolentes confestim vt pugnare ceptum est bestias
in expeditos concitarunt, et illi telis in bestias coniectis cum concita-
tiori gradu in eos ruerent fugerunt, infestiusque sequentibus in fossas
urbis se demittentes earum impetum frustrati sunt. Cum vero ad aggerem
fossarum peruenissent bestie uno in tempore a militibus ex fossis et a mul-
titudine urbana ex moenibus sagittis et scorpionibus feriebantur. cum
ille ultra aggerem progredi non possent ac necessario retro auer-
tenda forent, egressi confestim e fossis milites ac pene illas ferientes
in hostium agmina cum ingenti suorum strage concitarunt. Tur-
batis in hunc modum hostibus Metellus repente alia urbis parte
eductis copiis magno impetu inuadit. Illi iam pridem a bestiis
turbati et tunc subita ui oppressi vix primum impetum sustinent.
fugaque passim fieri cepta est. metellus fugientes insecutus nullo
in loco consistendi hostibus aut reparandi vires facultatem permit-
tit. fit magna carthaginensium cedes. Multi eorum a bestiis suis
conteruntur. ex hoc prelio hasdrubal cum parua exercitus parte
fugiens euasit. Reliqui aut capti aut interfecti sunt. Elephanti autem
omnes in potestatem uictoris uiui peruenerunt. fuit autem numerus
elephantorum captorum centum et quadraginta qui postea rome
in triumpho a metello ducti sunt cum summa admiratione
po. ro. qui quas paulo ante supra modum formidauerat besti-
as, eas tunc uictas captiuasque conspexit. Nec tamen ex uicto-
ria parum fructum suscepit, quantum quod iam contemnere elephantos
nec ob eos terreri miles didicisset. Metellus igitur magnis rebus
gestis e prouincia decessit. hunc secuti consules. C. attilius
et L. manlius maiori quam antea conatu siciliam inuadunt.
Mari quidem classe magna in qua amplius quam ducente naues
rostrate fuerunt, quas superiori hyeme paratas diximus. Terra
autem uictore exercitu et iam carthaginenses elephantosque asper-
nante. Lilibeum est Sicilie promontorium in africam spectans ac eo

urbs eius nostris amplissima et munitissimo loco sita. ea sedes ac
portus carthaginensium erat. hanc igitur urbem consules obside-
re ac mari terraque oppugnare pergunt sperantes si eum locum car-
thaginensibus ademissent. facile posthac eos sicilia pellere et bel-
lum in africam traducere posse. profecti igitur eo consilio mari
classe terra pedestribus copiis lilibeum obsederunt. erat autem hic
annus decimus octavus huius belli. carthaginenses non cum pro-
positum romanorum intuerentur. nec lateret eos lilibeo amisso in
africa recipiendum esse bellum quod illi periculosissimum existimabant
omni conatu lilibeum servare constituerant. iam enim omnes
sicilie proprie urbesque preter admodum paucas romanis parebant
cum ab initio mox siracuse atque catina. inde agrigentum et
panormum cum ethnensibus et tindaritanis ac aliis compluribus
civitatibus vel ex foedere vel manu capte romanorum partibus acces-
sissent. lilibeum tum et drepanum et alia quedam oppida per oppor-
tuna carthaginensibus in extrema sicilie parte restabant. Con-
sules igitur lilibeum obsidentes binis castris ex utraque parte urbem
sepserant. fossamque et aggerem inter castra deduxerant cre-
braque per media loca castella excitarant. Stagna sunt ante
urbem ex ea parte que ad mare spectat perque ea stagna ingressus
est in portum difficili admodum navigatione nec nisi expertis
consuetisque obtinenda. hec loca romani stationibus comprehende-
rant et ne quis ingredi egredi ne posset curiosissime obser-
vabant. Machinis inde et arietibus longo sudore moenibus
ipsis admotis sex continuo turres ab ea ipsa parte que in mare
spectat everterant. reliquis vero eodem modo per singulos dies im-
minebant. Quassata igitur murorum parte ceterisque vero laborantibus
terribilis admodum erat obsidio et intra urbem summe trepi-
dabant. exanimata metu urbana multitudine et militibus
mercede conductis quorum ad decem milia intra urbem
carthaginenses habebant non fere meliori animo eventum
spectantibus. Ceterum unus himilcon qui presidio urbique

preerat, obsidionem romanorum magnitudine animi, et consilio
sustinebat. Hic enim iam inde ab initio incipiens quecunque romani
muros arietibus quassabat, alia ipse intra urbem moenia mu-
nimentaque sufficiebat. Adversus autem cuniculos, ipse aliis cuni-
culis eductis laborem obsidentium frustrabatur. Eruptionibus etiam
crebris interdiu vel noctu machinas incendebat, opera turbabat
aut deiciebat. Verum hec talia erant ut procrastinationem
captivitatis non salutem obsessis allatura videretur. Itaque non-
nulli conductorum, qui ordinem presidio carthaginensium duce-
bant, de prodenda romanis urbe consilium ineunt. Traduc-
tisque in hanc sententiam commilitonibus, principes ipsi munitiones
transgressi in castra romana proficiscuntur. Affati consules et
que voluerant pacti tradere urbem festinabant. Erat in presidio
carthaginensi Acheus quidam Alexon veteranus, ac probate
fidei. Is cum ea que de proditione agitabant forte a commilitonibus
audivisset, confestim himilconi prefecto presidii rem pandit.
Ille ab initio magnitudine periculi motus et si inopinata re
maiorem in modum obstupuerat, nec rationem consilii satis
explicabat. Tamen celeriter ad se reversus et animo confirmatus
omnes qui ordinem in presidio ducebant accersiri iubet. Con-
veniunt omnes preter eos qui iam in castra romana transierant.
Himilcon presentibus rem sibi notam aperit, obtestaturque per iovem
ac ceteros deos ne iurisiurandi religionem neve se ducem
optime de exercitu meritum prodere hostibus velint. Magna
insuper premia, si in fidem permaneant pollicetur. Cum respondis-
sent omnes se in eius potestate futuros, proinde ageret ac
suo arbitratu uteretur, quod iam reliquum erat ad placandam
multitudinem gallorum militum, quorum principes in castra romana
profectos constabat, hanibalem adolescentem eius filium, quem in sar-
dinia post amissam classem sublatum in crucem diximus, quod galli
sub patre diutius militarat, et magna gratia apud illos erat adule-
scens, dimisit ad alios item milites alexona ire iussit. Et mag.

item premia multitudini polliceri. horum precib; oblatioib;q; tandem victi milites propositu; mutant. itaq; aduētātib; mox principib; coniurationis eosq; nōiatī vocantib; ac fide; implorantib; nō mō nō paruerūt. verum et ĝclis et lapidib; insectati procul fugarūt. Ita ex manifesto proditionis periculo lilibeum seruat. obsidio nihilominus dura idies magis ac magis obsessos premebat et aut assiduo opē fatigati milites aut crebris prelijs uulnerati remissiori spe in dies vtebant. carthaginenses aūt q̃; q̃; nihil eo; que lilibeo agebant cognoscē potant tū coniectura quadā; difficultates obsesso; suspicati quinquaginta nauib; ad hoc ipūm parratis decemmilia militum imposuē. cum eo supplemto hanibalem Amilcaris filium audacem iuuenē ac singulari scientia rerum naualiū mittunt. ac siqua posset lilibeum penetrare iubent. hanibal accepta classe pmo ad equsam isulā que fere media ē. int carthaginē et lilibeū nauigauit. x Nactus deinde prosp̄um uentū quē de industria expectarat ab equsa soluens in ipas fauces lilibetani portus recto itinē ferebat. consules subito ac in preuiso aduētu hostiū pculsi nauib; adūsus hanibalem congredi noluerūt. veriti ne magnitudine uenti aduersante vna cum hostib; in ipūm portum naues suę compellerent. Armati tantū ad littus si qua hostem ab ingressu detrē possent cōcurrerūt. Hanibal nihilo magis deterritus cum suis nauib; aduolat. intq; armatas legiones q̄ ab utraq; pte fauces portus obsidebant. ingressus incolume supplemtū lilibei exposuit. x Ea die cum ob aduentū nouarum copiarū sūma leticia apud omnes lilibei eēt magnaq; fiducia aī apud nouos presertim milites in contionem uocat qm romani adūsus eos congredi nō fuisset ausi. himilcon nequaq; eam occasionem pdendā ratus nouos simul veteresq; milites i cōtiōem vocat. longa orōne illo; aīos confirmat. victoriā i manib;

esse docet. premia ingentia fortibus viris pollicetur. proinde tunc
abirent ad curanda corpora postero prima luce armati omnes
in foro adessent pulcerrimam rem si deo placet gesturi. Ma-
gna spe omnes e contione abierunt postridieque armati ade-
rant, iussum himulconis expectantes. ille quid facere eos velit pre-
fatus, partes distribuit. duces prefecit. pluribus simul locis erup-
tionem facere ac machinas omnes tormentaque et cetera que
romani oppugnande urbis causa effecerunt incendere iubet. At con-
sules etsi nihil eorum resciverant, tum hoc ipsum fore coniectura
suspicati prima luce milites arma capere et circa urbem intentum
quam maxime esse iusserant. Itaque ut carthaginenses urbe egressi
sunt statim ab romanis illis occurritur, ac prelium multis simul
locis repente committitur. illis incendere machinas, his prohibere
ab incendio properantibus, nec fere alias unquam atrocius quam ea die
pugnatum. Nam himulcon quidem super viginti armatorum milia
ad hoc ipsum delecta ex urbe produxerat. Consules autem exerci-
tum omnem, legionesque ad reprimendum himulconis conatum
circa moenia disposuerat. Et autem extra ordinem pugnabatur, eo
contingebat, insigniora fieri pericula. Vir enim adversus virum
quasi singulari certamine depugnabat. verum maxima pu-
gna terribilisque clamor circa machinas erat. Consules enim for-
tissimum quemque legionarium militem pro machinis collocarat
In hos carthaginenses magno impetu, ab urbe ruentes, non so-
lum armis. verum etiam facibus loco pellere conabantur, illi non-
obstinate perstabant. Cuncta igne et ferro percussione telorum voci-
ferationibus acclamantium cohortantiumque miscebantur. Post longum
certamen variasque fluctuationes, ac multas cedes tandem himul-
con quoniam nihil proficere posse intelligebat receptui canere iussit. ro-
mani ea die incredibili virtute contra vim hostium machinas
omnes operaque tutati sunt. Post hec hanibal paucis diebus lilibei
commoratus, cum his quas ipse adduxerat navibus intempesta noc-
te, ne sentientibus quidem hostibus lilibeo solvens incolumis abiit.

ac drepanum ad aterbalem carthaginensium ducem qui
drepano classique preerat nauigauit. durante uero lilibei ob
sidione aliquot tempus post recessum hanibalis protracta
senatum carthaginensibus ingens cura habebat ea que lilibei
fierent cognoscendi. Post hanibalis enim recessum sic urbem
presserant romani, ut nec ingredi quisque nec egredi unque po
tuerit. In hoc desiderio. Senatus profitetur se quidam vir
rhodius, sua naui, inuitis hostibus lilibeum aditurum, reque
inspecta, carthagini renuntiaturum, eius professionem et si le
tis auribus acceperat senatus. tamen quia romana classis ante fauces
ipsas portus stationem habebat impossibilem cuncti rem arbi
trabantur. At rhodius nihilo magis perterritus sua naui aduehit.
Cumque proxime quod contra lilibeum est insule appli
cuisset nactus postridie secundam tempestatem circiter quartam
diei horam, spectantibus hostibus in portum nauigauit tanta
celeritate, ut studium occurrentium impedientiumque preueniret.
Romani eius audaciam indignati quo abeuntem interciperent,
decem naues quas uelocissimas habebant in ipsis faucibus
ea nocte continuerunt. Cumque hi salute consulum obseruans re
cessum eius nauis excubabant. At rhodius postquam abire placu
it non noctu sed per diem, nec clam, sed apto itinere quasi aliis
quibusdam inter naues romanas pretelapsus est, Nec euasisse con
tentus ubi hostes preteriit conuersa in eos uersa prora sin
gulas naues in pugnam prouocauit. Nec quisque romanorum
adire voluit, verentibus cunctis stupendam quandam cele
ritatem, ac ludificandi artem quam paulo ante conspexerant.
Ille igitur carthaginem reuersus cuncta ut occulis uiderat
senatui enarrauit. Eiusque postea exemplo quidam item alii
idem facere ausi sunt. ex quo eueniebat nihil eorum que lilibei
gerebantur carthagine ignorari. hanc ludificationem hosti
um cum grauiter ferret consules, nec prohibere possent, qui
plerunque repente improuiso nauigationes ex proximo

Rodii exploratoris astutia et animus ingens.

insulis ꝑ aduersam sibi tempestatez fiebant: ad tollēdaz eam
facultatez / militari ope fauces portus obstruē tentarunt
Cuius rei cā naues primū onerarias compluris saburra
onustas profunde destituē. Mox sup eas infinitā pene vim
aggeris ingessere: frrito tn̄ labore qm̄ vasta profunditas /
cuncta ingesta longe absorbebat. et fluxus refluxusq3 maris
omnia iacta funditus dissipabat. Egre tandez una ex parte
quidam aggeris constitit ad quem posthac consistētes ro
mani quadriremē vnā carthaginensium egregie uelocem
intercepere. hanc ig armatam structazq3 in portu ipo conti
nentes aduentum rhodiꝫ nauis expectabat. Illa ĩio casu ad
uenit / et solita uelocitate ꝑuecta / portum ingressa ē. Sed
dum abire velet. secuta e uestigio quadriremis premē abe
untem cepit. Rhodius velocitatem eius que sequebat nauis
admiratus / ubi quadriremē captā ab romanis intellexit desꝑ
dimissionem omnes simul decipiat. ut nō de quibusdam sed de omnibus simul suppliciū sumat. Quantum uero ad Gisgonis negotium attinet: monere se atque obtestari ut etiam atque etiam considerarent secum uelint quanta mox incommoda subituri sint: si tam egregius dux tamque prestans in re militari per ignauiam atque secordiam eorum manibus elabatur. presertim quem nō ignorent esse sibi inimicissimū. Nō enim dimittere eū sed contra se immittere. Et si accidat ut fictis deliniti blanditijs eū liberi paciantur moxque ille sui arbitrij factus ut credere par est manu et consilio persequatur quis nō eorum hebetudinem prudentiamque contemnat: quod quem paulo ante in cathenas coniecerint eum nunc tam fatue amicum fore sperauerint. Ad hunc eo dicente alter tabellarius a thunete aderat. littere fere eiusdem tenoris erant: quibus recitatis antaricus gallorum princeps assurgens unam se prospicere uiam salutis inquit si omnis omnino spes quam in carthaginensibus habeant precidatur. Quoad uero quis ad illorum clementia respexit eum fidum in bello socium esse nō posse. Itaque illis nō maxime credere illos exaudire illis mentem adhibere opportere qui quam acerbissima aduersus carthaginenses consulerent. qui uero contra suaderent eos proditores atque hostium loco habendos esse. Post hec et huiusmodi tandem sententiam promit: ut Gisgo et ceteri carthaginensium quos in captiuis haberet diris supplicijs affecti necarentur. Erat hic maxime e ducibus aptus propterea quod ex longa militia assuetus phenicea lingua utebatur. eam uero plurimi intelligebant. huius igitur oratio fauore militari excepta a ferocissimo quoque laudatur. Modestiores autem siqui in exercitu erant contradicere nō audebant: ne forsan suspicione illa quam ex litteris propositam diximus notarentur. Fuerunt tamen quidam qui sententiam antarici laudantes mortem probarent: dura uero supplicia presertim in Gisgone uiro eius dignitatis tolleret. hi et minis et uocibus

sediciosorum agitati ac pene lapidibus obruti sunt. Aguntur
omnia proterve ac turbulente et qui furore quodam turbe
ferunt. Recepto igitur Antarici consilio Gisconem et alios cap
tivos ad septingentos hi fuere ex vallum producunt. Ibi
a Giscone ipso incipientes singulorum manus nares aures
preciderunt membratimque lacerarunt ad extremum fractis
cruribus vivos adhuc in scrobem quandam abiecerunt. Et de
omnibus carthaginensibus qui post hac in eorum potestatem vi
vi pervenirent idem supplicium sumendum statuerunt. Cadu
ceatores non corpora defunctorum ad sepulturam petentes
ad se venire vetuerunt. idem supplicium caduceatoribus
legatisque si qui umquam ad eos venire ausi fuerint minitates.
Carthaginenses supplicio suorum civium cognito misere immo
dum affligebantur totaque in luctu civitas fuit. denique ad
Amilcarem scribunt uti hec tam scelesta et inaudita facino
ra ulcisci properaret. quibus litteris et simul crudelitate hostium
permotus Amilcar pristinam et ipse mansuetudinem exuit et
omnes omnino hostium quos aut tunc captivos apud
se habebat aut postea in eius potestatem venere bestiis obiecit. Ita
bellum desperatum atque nefarium ab utraque parte excitatur.
Nec quisque posthac in eo bello aut a carthaginensibus captus
est qui non bestiis laniandus obiceretur aut ab hostibus qui
non mutilatus excarnificatusque periret. Per hoc tempus cum
videretur carthaginenses prevalere ac longe meliori spe gerere
bellum subito fluere retro ac in contrarium verti fortuna
cepit. Postquam enim ex his quas supra diximus causis efferatum
est bellum irritati carthaginenses ob hostium crudelitatem An
hamonem alterum ducem Amilcari coniunxerunt ac pari
consilio administrare bellum iusserunt. Sic enim facilius oppri
mi posse arbitrabantur. ut igitur simul fuerunt duces magne
inter eos controversie oriuntur. in quibus usque adeo vesane
progressum est ut omissa omnium cura per singulos dies inter

belli desperati causa
inter cartaginenses
[illegible]

se pene digladiarent et facultatē opprimendi sui hostibus darent. Accessit ad hec comeatus penuria non solum ꝑ incuriam ducum, uerū et ꝑ naufragium, quo onerarie fere omnes frumtū in castra ferētes aduersa tempestate correpte ꝑierāt. Per idem tempus uticenses et hiponenses, q̄ ciuitates ad eam diem ul̄ ꝑtinacit̄ in partibus carthaginensium steterāt mutata uoluntate ad hostes defecere. et quidē tanto furore ut omnes carthaginenses qui presidij cā apud illos erāt interficerent. ac e moenib; oppidoꝝ precipites darēt. explicatus igit̄ Matho hipponensium cura, qua prius distinebat exercitum reduxit: coniunctusq; cum spendio et Antarico omnib; simul copijs carthaginē ipam obsidē aggrediunt̄. tantis undiq; cladib; afflicti carthaginēses, quo se uerterēt nesciebant. et accedebat his malis q̄ in senatu factioib; certabat̄: alijs amilcari, alijs hannoni fauentib;. unde et barchina factio dicta ē: q̄m amilcar cognomīto barcha uocabat̄. Cum itaq; alt̄ e ducib; amouendus esset: nec in senatu obstudia factionū conuenire posset, placuit tandē exercitus arbitrio ꝑmittere ut quē uellet ducem retineret. Quo facto rursus hannone a cura belli repulso prerogatiua militari amilcar prefertur. In hannōis locum hanibal suffectus ē. magnaq; concordia ducum bellum deinceps administratum. Carthago nihilominus ab hostib; obsidebat̄. Nam terra q̄ē circa urbē omnia loca tenebāt. Amilcarem cū suo exercitu exclusērat. Per hec tpra carthaginēsib; obsidione laborātib; hieron Syracusanus auxiliū misit. Romani q̄ꝫ in hoc bello carthaginēsib; opitulati sunt. Ex huiusmodi cā cū primū obsideri cepta ē Carthago, multi ab italia questus grā nauigātes frumentum in castra hostiū deferrebāt. eoꝝq; ad quingentos uarijs temporib; carthaginenses ceperant, et in carcerē

adduxerant. Qua de causa cum postea legati a senatu mis-
si carthaginem venissent et carthaginenses eorum gratia
commoti illos qui capti erant benigne liberassent usque adeo
grati id suscepit po. ro. ut senatusconsultum fieret ex italia
ac omnibus locis que romano suberant imperio frumentum
carthaginem exportari licere. In castra vero hostium ne
quis exportaret magna constituta poena eodem senatus
consulto. Promissumque est captivi quod omnes carthaginensium
qui post pacem in sicilia italiaque remanserunt sine pretio
dimissi sunt. quibus rebus sublevati carthaginenses obsidionem
tollerabant, et iam copie amilcari in dies augebantur. Itaque
superioribus locis castra metatus commeatum ab africa defer-
ri in castra hostium prohibebat. Qua tandem difficultate
coacti hostes, cum neque ab italia siciliaque prohibentibus
romanis neque a terra prohibente amilcare commeatus de-
vehi posset obsidionem dissolverunt. Relictoque apud oppidum
Thunes Mathone cum parte copiarum Spendius reliquas huius
copias ad quinquaginta milia hominum contra Amilcarem contendit.
Amilcar equitatu et elephantis prevalebat, quo circa
Spendius plana vitabat editis locis castra metabat. Cum
igitur propinqua esset hostium castra ac per singulos fere dies
prelia committerentur, confestim discerni licuit quantum
inter peritiam ducis et temeritatem ferocium virorum interesset.
Amilcar enim nil temere nil ferociter gerendo Spendij auda-
ciam brevi domitavit. Nonnumquam enim simulata fuga in insi-
dias precipitem traxit nonnumquam in proviso hostes adortus
magnum eorum numerum oppressit. Captivos omnes uti ab
initio constituerat bestijs laniandos obiecit. Tandem circum-
ventos eo difficultatis adduxit, ut neque descendere ex editis
locis metu equitum atque elephantorum auderet, neque comme-
atus deferri ad eos posset. Cum ea iam plane esset obsidio
Spendius ad Mathonem nuntijs missis ut sibi cum reliquis

copiis subvenuret postulauit. et qui id propediem futurum esset hac auxilii spe milites solabat. Sed nihil duri inpentiarum non aderat. Amilcar .n. in dies magis eos premebat, ac vallo et fossa circumcludabat commeatus autem omnio defecerat. cumque captivos omnes bestiis obiici non obscurum esset, nec ullum misericordie locum sibi relictum ob superiora scelera intelligeret, incerto consilio inter angorem famis ac formidinem supplicii fluctuabat. Demum ob eam rabiem desperatio adduxit. ut primo equos ac iumenta comederent. mox servis ac ministris cesis eorum carnibus sustentarent. demumque cum frustra expectatum auxilium non veniret, milites spendii cum Amilcaris militibus e vallo colloquuntur, petuntque ut liceat legatos ad Amilcarem mittere. Id cum impetrasset, mittunt aliquos, ac per eos paciscunt, ut decem ex primoribus exercitus amilcari traditis reliquis, cum singulis vestimentis abire liceat. Ea pactione spendius, ipse et antaricus, et alii primores exercitus traduntur Amilcari et in cathenas coniciunt. Dum hec in castris fiunt ad quattuor milia afrorum qui huius pactionis ignari fuerunt arma ceperunt et in parte castrorum se tutabant, quos postea Amilcar qui expertes foederis in hostium numero habuit, eosque ad unum interfici iussit. Post oppressum Spondii exercitum Amilcar ut reliquas hostium copias persequeret Thunes exercitum duxit. id enim oppidum Matho cum parte copiarum tenebat. et usque ad carthaginis moenia quottidie infestabat. Cum igitur Thunes pervenisset in pugnam pellicere mathonem intendebat. At matho se primo adventu moenibus continebat, nec pugnandi copiam faciebat. Itaque duces inter se partitis copiis binis castris diversa regione contra oppidum positis obsidere inclusos pergunt. hanibal ab ea parte oppidi que ad carthaginem spectat castra metabatur. Amilcar vero superioribus locis que ad africam pertinet. Ita divisis copiis castrisque

die constituta despendio et Antarico ac ceteris primo-
rib; hostium quos in cathenis hebat supplicium sume i oculis
obsessorum statuerunt. Quamobrem ex composito an oppidu
conuenientes q proxime ad moenia illos adducunt. Ibiq sup
plicio laceratos spectantib; hostib; altissimis crucib; sustu
lerunt. Ea cum pfecissent, sua utq dux in castra milites
reduce cepit. Inter hec matho paratis structisq intra oppi
dum copijs eor digressum expectabat. Itaq ut amilcarem
iam longius abire conspexit, e diuersa regione oppidi con
festim egressus hanibalem tardius it facientem assequitur
tantusq fuit impetus, ut no solum profligaret hanibalis
exercitus. verum et cu effusa fuga repeteret castra mixti una
victi uictoresq intraret. Turpis de hic fuga et plurima ce
des ubiq p ira a uictorib; edita. capti et multi et i pmis
hanibal ipse dux, quem e uestigio ad crucem spendij tractu
illius deposito corpore hunc mutilatu crudelit atq con
fractum uiuum adhuc in eandem crucem sustule. Triginta
uo ex nobilitate carthaginensi circa spendij corpus crude
lissime mactauerut. Amilcar nec satis prope sensit erup
tionem hostium pp longam distantiam castror. Nec postq
intellexit ferre auxilium potuit, ob locor difficultate inte
iacet. n paludes, ac plurimum impedita sut loca. processe
rat tn e castris, ut auxiliu ferret. sz medio fere itinere
deletum hanibalis exercitum, et capta eius castra cognouit
Itaq reductis prope copijs nec priorib; castris consistere
ausus longius abijt. et apud macheram fluuiu castra
metatus est. hec postq cartagine nuntiata sut, rur
sus senatum simul atq plebem metus inuasit. Renatu
n bellum cernebat. qd paulo ante confectum uidebat
itaq maiore cura, q nunq incumbetes nouu i urbe
delectum hue. Triginta uo senatores ad amilcarem
legatos miseru, q cum illo ageret uti priuatas inimi-

citias/ que sibi cum hannone fuerant rei p. condonaret.
eumqz collegam ee pateret. communiqz consilio bellu ge
rere. Id cum impetrasset. hanno rursuz/ cum nouo delec
tu missus Amilcari coniungit. hi post hoc aduersus Ma
thonem bellum gerentes/ post multos casus ac uarias bel
li uices/ quos et apud leptez oppidum et alijs locis huere
Tandez ex composito sua et hostiu uoluntate magno plio
stionis collatis decerne statuerut. Ad hoc ipum dies con
stituta copie undiqz contracte apparatus oi adnixu
ut pote ad extremu casum facti pugna demu inita/ car
thaginenses uictoriam assecuti sut. Matho i potestate
hostium uiuus puenit. Post hoc preliu ciuitates africe
que prius defecerant in carthaginesiuz potestez omnes deue
ne/ preter uticenses et hipponenses. he nanqz pro magni
tudine crudelitatis dudu ad carthagineses ciues edite/
si in uictoris potestate redysset supplicium formidabant.
Itaqz iampridem ad romanos legatione missa se ac sua illis
dedebat. At romani suscipe noluerut. Ita re infecta le
gatio redijt. Tandez precisa omni spe. et ipe redire in
potestatez uictoris coacte sut. Per huc modu finis bello
africo impositus. Triennio fere et quattuor mesibus postqm
geri ceptum est fuerat/ usqz adeo prospero euentu/ ut
no solum cuncta recuperarent carthaginenses in africa
prius amissa/ uerum etiam auctores omnes rebellionis qui
fato quodam in potestatez eorum uiui peruenirent. matho
captiuiqz alij in triumphum ducti/ et supplicio affecti sut.

POst pacem igitur in sicilia cu ro. factaz/ car
thaginenses ista gesse. Romani ano post ea
pacem/ aduersus illirios ob cesum po. ro.
legatum/ et infestatu predatorijs nauibus mare tuc pri
mo gessere bellum: quibus celerit domitis/ et purgato m-

mari

mari/ plereq3 ciuitates gretie, i po. ro. amicitiã puenerunt. Nam illirij p id tempus coes omnium grecorum hostes erant: terraq3 et mari omnia infestabat. Corcyra et epidamnum obsederat. et pugna nauali acheos fuderat omnemq3 greciam latrociniis armisq3 contriuerat. Sed ubi affuerũt consules ambo. C. qd fuluius cũ ducentis nauib3: An. uo postumius cum pedestrib3 copijs, quas brundusio apolloniam traiecerat, fracti nullo negocio illirij, et ad extremũ domiti pacem supplices petierũt, et quas tulerunt consules conditiones, acceperũt. Theuta eorum regina, cuius opa legatus po. ro. cum ad res repetendas ad eam uenisset interfectus fuerat, grauiter multata, ac fere toto regno spoliata e. Reductis i italiam exercitib3, cũ nunciaret, carthaginẽses finito africo bello, magnã parare classem, quã Sardiniam inuaderent. Romam insuspitione adducti, qi ea classis aduersus se, contra foedus pararet, pacem ruptã qrentes bellum carthaginensib3 indixe. Cuius tanta repente formido poenos inuasit ut no solum Sardiniam dimitteret. uerum insup stipendium mille ducentorum talentorum impenderet, ne se in pnitia po. ro. adoriret. Ita foedus int carthaginenses et romanos renouatum est. Sardinia ad impiũ accessit. Crescentib3 mox in hispania carthaginensium uirib3. eo nanq3 post foedus Amilcar cũ exercitu missus incredibili uirtute rem carthaginensem auxerat. nec eam quidem ptem romanus po. diligendam putauit. s3 ducib3 exercitib3q3 eo missis his q in locis impium extendit. ut neq3 plus nimio crescerret aduersariorum potentia, in uacua penitus regione neq3 ex ea pte quicq3 moliendi facultas hostib3 pstaret. bellum demum gallicũ in italia orit, de quo altius repetentes dicere aggrediemur. Nam ut africũ bellũ cartha-

Illirij grecorum hostes infestissimi.

ducente naues.

Teuta regina grauiter mulctata pp occisione legati romani

Sardinia.

Amilcar.

ginensibus finitimum et periculosum fuit. ita gallicum romanis
Et in utroque non de gloria sed de salute pugnatum constat.
Italia ab oriente quidem adriatico mari, a meridie vero
atque occasu tirreno in modum insule cingitur. Ad septen-
trionem vero montes habet continuos qui inter utrumque
mare extensi mirabili altitudine ac difficillimo aditu
a mediterranea regione illum communiunt. hi montes
proprio nomine alpes vocant. Appenninus autem mons paulo
supra inferum mare ab alpibus oritur moxque se magis
atque magis ab illis disiungens recto dorso in superum ma-
re fertur. qui usque ad urbem senam. Inde rursus ad dex-
teram flectens per mediam italiam in siculum fretum dis-
currit. Inter apenninum vero et alpes campi sunt non
italie modo verum et totius europe uberrimi quorum
formam quodam modo triangularem esse contingit. Alterum
siquidem latus appenninus efficit, alterum alpes qui
ab angulo summo quo invicem se contingunt mag
atque magis disiungentes in adriaticum mare fe-
runt. Basim vero trianguli littus ipsum adriatici
maris a Sena urbe usque ad intimum venetie sinum.
Padus vero inter appenninum et alpes decurrens ingenti aquarum
multitudine planiciem secat et in adriaticum mare fertur.
hanc regionem tusci quondam incoluere duodecim urbibus
in ea conditis. et adriaticum mare ab adria tuscorum
colonia que inter hostia padi condita fuit nominatum
constat. Galli deinde superatis alpibus in hanc regionem transie-
runt. pulsisque etruscis per hec loca consedere a quibus mox gallia
nuncupata est. Gallie igitur due sunt: altera trans alpes que
proprie est gallia, altera in italia que cisalpina dicitur. Sed huius
gallie que est in italia precipue auctoritatis hi po. fuere.
Primum inter padum et alpes lai. mox lebetij. post hos isubres.

Venetia venetie

Galie due.

mox cenomani. inde ueneti non ipsi iam galli sed aliud
genus antiquum ex paflagonia profectum. Inter apenninum
rursus et padum primi ananes. post boi inde egones. et
mox senones qui iuxta adriaticum mare extremi omnium gal
lorum incoluerunt. horum precipua urbs sena fuit. Ducente
simo fere anno postquam hi gallorum populi in ea regione
consederunt bella inter eos ac romanos sunt orta nec primo
aduersus omnes sed aduersus senones qui magis finitimi
erant. hi enim superato apennini iugo cum magno exercitu in
etruriam descenderunt. Ibi cum urbem clusium obsedissent
irritati a legatis romanis qui per speciem concordie uenientes mox
prelio sese intulerant ac regem ipsum gallorum comminus pu
gnando occiderant. omisso clusio Romam inuasere. hi sunt
galli senones a quibus roma captam uulgo predicant. Non
ipsi tunc primum ex gallia uenientes sed in italia nati et
educatique. verum antiqua origine ex galia orti. multa
post hoc bella inter romanos et gallos consecuta sunt usque
ad tempus primi punici belli. Post id autem bellum maior quam umquam
tumultus ex huiusmodi causa oritur. non multo ante id tempus gal
li etruriam ingressi aretium obsederant. romani auxilium
ferentes contra gallos non longe ab aretii moenibus dimica-
runt. In ea pugna superati romani consulem amiserunt. Multi
preterea romanorum captiui in galliam ducti sunt. cum
igitur pro his redimendis legati populi ro. in galliam uenissent
contra ius gentium uiolati a gallis interficiuntur. ea indigna
tione po. ro. nouum delectum ex integro habuit ac M.
curium bello gerendo prefecit. qui cum exercitu galliam
ingressus contra Senones collatis signis pugnauit. vic
torque tanta occisione eos occidit. ut pene ad internecio
nem delerent. reliquos uero qui prelio superfuerant sedibus
romani pepulerunt. alios deinde gallos duobus preliis supe
ratos suis acquiescere rebus ac pacem optare compulerunt.

Galli senones.

legati ro. a gallis interficiuntur.

alios deinde. hec fere extrema erant cum gallis gesta an
tempus primi punici belli. Itaq durante bello punico
galli quietē egerūt. Post punicū tandē et illiricū bellū.
Cum flaminius legē ad populū tulit, ut ager gallicus,
qui senonib; p superiora bella ademptus fuerat, romanis
ciuib; assignaret. id cum innotuisset Boi qui proximi
post senones erant, hanc propinquitatē romanorū ciui
-um grauissime indignabāt. Quo ꝫ tandē alio eam
rē spectare, nisi ut pulsis deinceps omnib; gallis regionē
totam in proprios usus ro͂ conuertāt, consueuisse bella
geri propaganda imperij ac glie cā. uictis aūt parci
solē. Romani aūt contra ius gentium contraq; humani
-tatē, nō iam de gloria sed de preda certare. enimuero
nō usq; adeo contritas ēē gallie uires ut contemptui
romanis ēē debeāt, ac in eorū oculis quib; cum pacē fece
rint ueluti peremptorū in bello spolia legē. his accensi uo
cib; legationē de comuni salute ad insubres quorū pcipua
int omnes gallos cisalpinos fuit auctoritas, mittūt. Idē
faciūt ad cenomanos, et alios gallorū populos. Ibi refri
candis ueterib; odijs, ac recentib; iniurijs cōtra ro͂ ten
-dunt. Magnas ēē docēt cisalpinorū gallorū uires ꝗ̄ oes
uno consensu ad bellū incumbāt. Quod si singuli per se ag
-grediant impares ēē ro͂. qd illi astu preuidentes semꝑ
egisse ut singulos inuaderēt. Itaq; senones dudū ea frau
-de euertisse. nūc ꝗ̄ Boios impetē, quos si opprimāt mox
cenomanos, inde insubres petituros. Quamobrem si sapiat
cōi consensu bellum ēē suscipiendū. quin et mittendū
ēē trans alpis legatos, qui pristinam consanguinitatē com
-memorēt, principiūq; et bellorū auxilia rogent. his igitur
rōnib; insubres et cenomanos, ac ceteros omnes gallie po
pulos in sententiam trahūt. consiliaq; belli facile suscipiūt.
et contra po. ro͂. omēs coniurāt eiūq; consilio trans alpes

legatione missa congolitanu et anergestez gallor reges
itemq alios circa rhodanu gallos ingentibus premiis solli
citationib solicitare aggrediunt. ut coacto exercitu i italia
transeant pmaxima eis comoda si romanos supent osten
dunt. esse q. italiam ubere et amoeno solo cunctis et
que dici possint diuitijs referta. Romanos aut uinci nul
lum fore negotium. si transalpini cisalpiniq galli pristine
consanguinitatis memores una ad bellu incumbat. cu
olim senones eos prelio fuderit. urbez q romaz coepint atq
incenderit. hec iactando monendoq tandez reges ipos
populosq gallie ad bellu exciuerit. magniq confestiz fient
delectus multi. q. et spe prede ac nauar rerum auiditate s
se regib coniungunt. ut neq maior unq exercitus neq ex
ualidiorib pugnatorib q gentib neq oi apparatu insigni
or cogeret. societasq publice fieret int cisalpinos et trans
alpinos gallos ad romanu impiu euertendu. hec ubi et
fama et multor lris nuntijsq roma delata sunt magno
terrore cohorto uarie tumultuari in urbe coeptu. magis
delectus fieri. copias educi. properare oes. trepidare. adee iam
gallos putare. ceteru hec no paru carthaginesib profuere
ad imperium in hispania propagandu. Romani. q. hunc tu
multum galligum formidates res hispanie neglige coacti st.
Itaq renouato cum carthaginensib foede. totis iam aimis
animis in bellum gallicu uersi id unu p id tpus maxime
cogitabat quemadmodum aduersus gallor conatu resiste
possent. Coacto circa rhodanu exercitu omnibq ad it patis
Congolitanus et aneroestes gallor reges magna multi
tudine mouentes. supatis tandez alpib in italiaz uenert.
Tardiore fuisse illor aduentu constat. ac diuti protrac
tam spez. itaq cenomani et ueneti legationib romanor
interea deliniti ab incepto destiterat. populiq ro. aicitiaz
societati transalpinor pretulerat. Cum igr i campos q sut

Romam senones captam incendisse.

circa padum amnem transalpini exercitus descendisset in-
subres ac boi magna multitudine sese illis coniungant.
reges uero propter cenomannorum uenetorumque suspicionem parte copiarum
insubribus relicta ipsi cum reliquo exercitu castra uersus
etruriam mouerunt ducentes peditum atque equitum infini-
ta pene multitudine. Eo anno L. emylius et attilius con-
sules erant. Attilius principio consulatus in sardiniam
cum classe nauigauit. emylius autem cum exercitu arimi-
ni boiis appositus consistebat. Ceterum ciuitas tota erecta
ac solicita erat; nec sine ingenti metu tanti gallorum
gallorum conatus expectabant. Veniebat enim in mentem ve-
tuste cladis, et quia fatalem romane urbi gentem formida-
bant. Itaque maximos iam pridem exercitus ob hanc suspicio-
nem populus ro. parauerat ac insuper delectus noui in urbe et
apud socios impigre habebant. et quia non semel sed pluries pugnan-
dum esset milites copieque totius italie ad senatum relate presto
esse mouebant. Nec sane ceteri italie populi segniores erant.
Tantis enim gallorum copiis italiam prementibus non iam pro im-
perio populi ro. sed pro salute sua suorumque ac patrii soli tutela
se pugnaturos arbitrabantur. Ergo omnes italie populi romanis non
quasi dominantibus, sed quasi potentia et auctoritate primoribus in hoc lo-
co paruerunt et quasi ad caput summam totius rei sponte sua
referebant. quantas uero copias in armis quantasque paratas in
subsidiis italia tunc habuit ex tabulis singulorum populorum in-
tueri licuit. quas hic prout a certissimis auctoribus nostris
grecisque traditum est sigillatim referendum pro gloria patrie
existimauimus. Primum ut a romanis incipiam. L. emylius
et C. attilius consules principio sui consulatus quattuor
legiones urbanas in expeditionem eduxerant. harum singulis
quinque milia et ducenti pedites equites uero treceni inerant.
Exierant quoque cum hisdem consulibus auxilia sociorum. horum
erat numerus triginta milia peditum equitum uero duo milia

Singula legionum. pedites 5200. equites uero 300. continerat

Itaque consules ambo in exercitu habebant milia peditum quinqua-
ginta et octingentos. Equitum vero tria milia et ducen-
tos. hic ordinarius erit exercitus erat ac per singulos annos
educi solitus. Ex ordinem vero tumultus gallici causa hae postea
copiae superadditae fuerunt. Primum tusci atque sabini peditum
septuagintamilia, statim ut galli transire apenninum nun-
tiati sunt in armis habere. his ne privata magis quam publica
auctoritate gerere bellum viderentur pretor romanus
prefectus est, ac tueri etruriam iussus. Post hos umbri
et Sarsenate apennini accole ad viginti milia. hi apen-
nino consistere iussi erant et in boiorum agros irrumpere. has tunc
adversus gallos copias primo impetu opposuerant. Erant pre-
terea preparatae aliae copiae quae quasi in subsidiis tenebantur. Ro-
manorum viginti milia peditum, equites mille et quingenti. Socio-
rum autem triginta milia peditum, equitum vero duo milia
hi rome iussi. Senatus populusque si quid subitaneum
incumberet assidue prestolabant. in tabulis vero relatae
erant copiae armatorum quas unaquaeque gens subsidii cau-
sa paraverat. Numerus earum hic fuit.

Latinorum octuagintamilia peditum equitum vero quinque mi-
lia. Samnitum vero septuagintamilia peditum equitum
septem milia. Iapigensium ac mesapiorum quinquaginta
milia peditum: equitum vero sexdecim milia. Luchanorum
triginta milia peditum, equitum tria milia. Marsorum
autem et Mauricinorum ac ferentanorum et preterea vesti-
norum peditum viginti equitum quattuor milia: Erant
quoque per id tempus preter copias quas supra memoravimus
legiones duae in sicilia et circa tarentum presidii causa
constitutae. harum singulae habebant peditum quattuor milia
et ducentos equites. Insuper romanorum campanorumque scrip-
ta atque parata ad id bellum multitudo ingens. Eius numerus
fuit circiter ducenta quinquaginta tria milia peditum. equi-

R.

Italia
Septies centena milia peditum. Equitum septuaginta milia

viginti milia. Numerus igitur omnium simul ex tota italia armatorum fuit peditum septies centena milia, equitum vero circiter septuaginta milia. Hec tunc italie fuerunt copie preter boios et insubres ac ceteros populos qui romanis adversabantur. Galli paratis omnibus que ad bellum pertinebant, tandem superato apennini iugo in etruriam descenderunt, omnia ferro igneque vastantes. Cum iam non longe ab urbe clusio esset etruscorum sabinorumque copias quas presidii causa paratas diximus cum romano pretore in agro aretino convenisse nuntiatur. Quo audito galli confestim iter ad nostros tumultuosius converterunt. Cumque in conspectu essent, castra utrique muniverunt. Pretori romano expectandum L. emylium consulem videbatur nec prius cum tanta multitudine gallorum fortunam pugne experiendam esse quam exercitus consulis cum etruscorum sabinorumque copiis iungeret. Eo consilio intra vallum milites continebat nec potestatem pugnandi faciebat hosti, satis in presentia existimans si a populationibus cohiberet. Cognita igitur pretoris sententia galli dolum adiungunt. Qui igitur adventu consulis, quem iam plane adesse dicebat, formidaret, de quarta vigilia peditem educunt, ac fesulas versus iter facere contendunt. Equitatum vero omnem in castris relinquunt nec prius iter arripere iubet quam hostibus conspicui fuerunt. Etrusci igitur ac sabini prima sub luce gallorum equites tumultuosius abire conspicati cum insuper noctis silentio peditem e conspectu ablatum cerneret fugamque et trepidationem existimaret, rapto post eius agmine incaute feruntur. Ita precipitati in insidias circumveniuntur a gallis et inviti pugna decernere compelluntur. Ad sex milia etruscorum sabinorumque in ea pugna decernentes ceciderunt. Reliqua vero multitudo, cum galli undique premeret numeroque et ferocia prestarent, accepta protinus fuga in tumulum

quendam natura munitum sese trepida recepit. Galli qui
et prelio et superioris noctis uigilia confecti erant ab expu-
gnatione eius tumuli se tunc continuere. sed circum ea loca
stationibus dispositis ad curanda corpora uertuntur. eo pro-
posito ut postridie totis uiribus tumulum expugnare ag-
grederentur. Per idem tempus L. Emylius consul quem
arimini cum exercitu fuisse diximus, cognito gallorum
aduentu in etruriam per proximos apennini saltus tra-
-siecerat. Cum forte superioris pugne ignarus non longe
ab eo tumulo castra posuisset, qui obsidebantur, cognito
aduentu consulis, id quod ex ignibus per noctem intellexe-
-rant, ad illum mittunt ac rei geste seriem, quo ue sint
loco res exponunt. Consul in tanto sociorum periculo mini-
me cunctandum ratus, ut primum dilucescere cepit cum
equitatu antecessit. Tribunos cum legionibus sequi iussit.
Galli quoque ea nocte aduentum consulem ex ignibus intelle-
-xerant. itaque uigilie totis castris per noctem facte, ac
fere omnes armati insomnesque constitere. Cum uero
prima luce aut pugnandum aduersus consulem obses-
sosque, aut concedendum esse appareret. Aneroestes gal-
lis et duarum noctium uigilia et superioris diei labore
confectis metuens, quo prelio auerteret animos nouas
subinde curas inuexit. Inquit enim stultum esse tempus cum
hostibus terere donec preda que nunc passim per totam
etruriam iacet ex agris tollatur. Si sapiant galli late
discurrendum, predasque quam maximas abigendum cum
satis onusti fuerint in proximam galliam redeundum,
relictisque ibi sarcinis et impedimentis rursus etruriam
repetendum, ut prelium aduersus hostes expediti commit-
-tant. Id consilium cum approbassent galli ante consulis
aduentum signa mouentes longe lateque predatum per
etruriam discurrunt. Onusti tandem omnis generis preda

cum ad littus inferi maris nō longe athalamone oppi
do puenissent conuerso tandē itinē iuxta ipsum litt⁹
vadentes galliā repetebāt. l. emylius consul susceptis his
copijs que in tumultū confugerāt gallos insequebatur
eosq; quantū poterat a popilationib; cohibebat. Per id
tempus. C. attilius alt' consul lr̄is p̄ senatus e sardinia
accitus pisas nauib; aduenerat. expositisq; in terram copijs
contrario q̄z galli itinē iuxta littus inferi maris exercitum
ductabat. qui ubi iam appropinquare gallos ex captiuis q̄s
exceꝑat cognouit. alterū q̄z consulē pone sequi. legiones
tribunis militum tradit iubens. ut mature uestigia seque
rent. ipse cum equitatu antecedens colem imminentē vie
preoccupare constituit. ex eoq; pugnam aduersus hostes
cōmittē. Galli postq̄z aduentare alterū consulē intelle
xerunt confestim equitatū omnē ac p̄tē expeditoꝝ
premittunt ad eum collem occupandū. erat. n. is locus
p̄ oportunitissimus. q̄m aditū claudebat. quo necessario
erat transeundum. Cum ūo anticipatum iam a C. attilio
collem inuenisset. pugnam equites incipiunt. id certamē
magis ac magis crescere. qui cum. L. emylio. erāt p̄mū
admirabant. ignari alterius consulis aduentus. Sed ū.
propius accedentes. C. attilium expugnā adēē cognouē.
ingenti leticia p̄fusi equites emyliani in subsidiū eoꝝ
qui pro colle pugnabant transierunt. emylius autē
ipse cum legiōib; uti consueuerat post gallos q̄drato ag
mine sequebat'. At galli ubi se medios int' duos con
sules et occupatum iter prospexerūt. q̄m a facie sil' et
atergo pugnandum erat bifrontē aciē struxē. Cōtra
emylium. n. q̄ pone sequebat'. gesatas et insubres. aduū
aūt. C. attilium taurinos. et boios collocarūt. Carros
et impedimenta unum in locum ex aciē subduxerūt. Pre
dam ūo omnē in proximum tumulum cum presidio

exposuerunt. Cum duas ut prediximus frontes haberet
gallorum acies, non solum terribilem aspectu verum etiam effica-
cem ad pugnandum illam esse censuit. ut quanto magis apta
erat, ita magis conspicua hostibus reddebatur. plusque ad
ostendendam virtutem facultatis erat. boi quidem et in-
subres auratis fulgentes sagulis: Gesate suo more sue
gentis nudi pugnabant. Primum certamen equitum fuit
gallis pellentibus e colle C. attilium consulem, romanis tueri
locum adnitentibus. erat utrimque equitum multitudo
ingens, ac summa virtute ab utrisque pugnabatur. hoc in
loco C. attilius consul cum in primis pugnaret a gal-
lo quodam equite transfixus hasta occidit, caputque
eius ad reges defertur. Nec tamen id deterruit romanos equites,
sed ob iram cesi consulis acrius incumbentes, post longam
pugnam, non solum tutati sunt collem verum et gallorum
equitatum omnem fuderunt. Inter hec peditum acies appro-
pinquarent. plurimumque non visu modo, verum et auditu hor-
rendum committebatur. Ex tribus enim exercitibus pugna consta-
bat. Galli medij a fronte quod prumpere a tergo autem re-
sistere intendebant. Romanis vero contra a fronte resistere,
a tergo invadere gallorum aciem propositum erat. Terri-
bilis erat classicorum sonus cum quibus omnis simul gallorum
multitudo tantum ululatum vociferationemque attol-
lebat, ut vix aures perferrent, cuncta certe circum loca
incredibiliter resonarent. Terribilis insuper nudorum aspectus.
Magna quippe ac nuda corpora motus quosdam bellicos sub
clypeis cientia miraculo simul et formidini erant. his acce-
debant splendor ornamentorum oculos perstringentium.
Boiorum enim et insubrium torquibus aureis et virgatis sa-
gulis tota fulgebat acies, quibus partim stupebant romani cer-
nentes, partim spe prede magis incendebantur. Sed nudi qui
pugnabant a sagittarijs ante aciem romanam ex more

C. attilius consul a gallo occiditur

premissis haud segniter infestabat. Pregrandia quippe et al-
ba corpora scutum gallicum protegere tota nequibat. Itaque
spicula intro adducta facile coherebant. Crebris undique
sagittis uolantibus cum propter distantiam ulcisci sagittarios
nequirent et infestius ferirent, qui rabie furentes, alii in ho-
stes temere ob dolorem ruebant, et ibi opprimebantur. Alii
retro uestigia referentes foedati sanguine terrorem suis
afferebant ordinemque turbabant. Iactantia igitur Gesatarum qui
antesignarii in prelio erant per hunc modum domita in-
subres et boi prelium excepere amotisque sagittariis, pilis iam
et gladiis res gerebant. Hic uero conflictum numquam alias clamor
et strepitus armorum percussio uociferatio et gemitus caden-
tium, exultantiumque, motus terribilis, et omnis experientia fer-
ri a fronte simul et a tergo insurgebat nec quisquam erat in
tantis exercitibus segnis uerum et lacertis, et pectoribus, et
crebra uibratione gladiorum ubique certabant. Quippe gal-
lis nulla salutis spes, nisi in uictoria erat romani autem nisi
tunc uicissent, numquam posthac fore ut uincerent arbi-
trabantur, cum duo consulares exercitus medios hostes qui
de industria nacti sint uirtutem propriam beneficio quoque for-
tune iuuari uiderentur. et inflamabat indignatio quod populi
romani gloriam, italieque magnitudinem galli contempsissent. quod nul-
lis lacessiti iniuriis ultro arma intulissent. quod ad predam
rapinamque sibi regionem inclytam fore existimassent pari
ferocia resistebant sed et corporibus et armorum genere impares
Nam corpora quidem gallorum estus laborisque impacientia soluit: enses
uero graues et obtusa cuspide ut ad primum descensum ma-
gnam uim haberent, sic ubi pedem contulerant ad crebriores ictus
inutiles erant. Romani uero et scutis et ad protegenda corpo-
ra ualidioribus utebantur, et gladiis breuioribus sed acutis. Itaque
ubi pedem contulerant punctim ferientes crebro ictu pec-
tora hostium perfodiebant. Duri preterea, et exercitati estu

ac labore facile tolerabat. Quas ob res et uniuerso certamine et singulorum congressibus galli superati passim cadebant. Stetit tamen immota gallorum acies, donec equites romani colle descendentes procellam equestrem in eam dedere. Tunc denique turbati galli atque loco moti a fronte simul et a tergo prosternuntur. Ex tanta multitudine gallorum ad decem milia solum capta fuere. etiam in his congolitanus rex cetera fere omnis multitudo in prelio cecidit. multi etiam fugientes latitantesque per italiam uarie oppressi sunt. Aneorestes autem rex e prelio fugiens postquam nullam spem salutis superesse animaduertit sibi mortem consciuit. Idem et alij quidam gallorum principes qui una fugerant fecere. Post hanc pugnam L. Emylius consul predam omnem his quorum fuerat restituit, spoliaque hostium romam misit. Ipse cum omnibus copiis profectus in boios uastatis hostium agris, exercituque omni predarum genere ditato romam ad triumphum rediit. Duxit in triumphum regem congolitanum, et principes gallorum prelio captos. pretulitque torques aureas et arma, et omnifariam gallorum spolia, quibus postea capitolium ornauit. Post hunc creati consules Q. Fuluius et T. Malius. hi galliam cum exercitu ingressi boios in deditionem populi romani uenire compulerunt. Inde reliquos gallos inuadere pergentes crebris imbribus, ac subinde pestilentia impediti desistere coacti sunt. hos secuti consules P. Furius et C. Flaminius cum exercitu galliam ingressus ananes gallos qui non longe a Massilia incolunt primum subegit. mox in insubrium agros legiones traduxit. non longe ab eo loco quo abdua fluuius padum influit. Insubres magna multitudine ad prohibendum hostem conuenerant a quibus non modo in transmittendo omnem uehementia in muniendis castris magna detrimenta romani cum suscepissent, ut primum facultas data est eo ex loco abeuntes in cenomanos transiere. Ibi cenomanorum copiis ad exercitum adiunctis rursus

Ro[manorum] victoria [contra] Gallos

Suma L. Emily consulis continentia

torques aureae

abdua fluuius padum fluui

e superiore loco qui ad alpes spectat insubrium agros ingressi totam regionem longe lateque populant. principes aut insubrium ista cernentes ferro decernere statuerunt itaque accita undique multitudine ad quinquaginta hominum milia armaverunt. Signa quoque aurea que immobilia vocitabant non nisi extremo in periculo promi solita ex minerve templo sustulerunt. Cum his profecti non longe ab romanis castra metati sunt tanta ferocia ut vix ab oppugnatione castrorum primo adventu temperaret. At C. flaminius consul quoniam pugnandum esse constabat primum illud secum agitare cepit. nimium multitudinem cenomanorum que una secum in agrum hostium irruperat tenendum in prelio esset. periculosum sane videbat gallis adversus gallos in eo discrimine atque his prestitis locis salutem suam exercitusque committere. Et si eos amoveret longe se imparem contra tantas hostium copias fore existimabat et simul verebatur ne illi hac ignominia accepta sese insubribus indignabundi coniungerent. his curis anxius consul tandem periculosum consilium capit. Castra erant apud abduam amnem ponteque effecerat ad ulteriorem fluminis rippam. cenomanos igitur ad se vocatos quasi aliud acturus transire amnem iubet. Cum omnis eorum multitudo transisset tunc flaminius pontem rescidit ut nec sibi nec hosti se coniungere posset. ipse copias quas domo eduxerat romanorum ac sociorum in aciem producit potestatemque dimicandi insubribus facit. Nec sane prudenter locum ad prelium delegisse videtur. Ita enim iuxta rippas aciem continuit ut si premeretur ab hostibus nulla referendi pedis aut se explicandi facultas esset. Vicit tamen eam pugnam flaminius temeritate magis quam consilio fretus. tamen enim militum robur tantaque tribunorum providentia in prelio fuit ut errata ducis virtute superaret. Cum enim structe essent acies iamque pugna iniret.

tribuni militum acceptas a triariis hastas tradidere antesi-
gnariis. Id eo consilio factum quod ex superioribus preliis animad-
verterat gallos primo impetu fortiter pugnare. Postea vero
confestim labascere. Ensesque illorum unam duntaxat aut
alteram plagam vehementem ferre. itaque translatis in primam
aciem hastis sustinere hostem iubet, donec primus ille ardor
animi impetusque resideret quod et proculdubio evenit. Nam
cum antesignarii pectora gallorum oraque hastis ferirent, Gal-
li in his precidendis hastis primum impetum effuderunt.
Tunc demum romani abiectis hastis pedem pedi conferunt
et gladiis freti ora pectoraque gallorum crebris ictibus exhauri-
unt. In hunc modum superati insubres post multam suorum
cedem effusa fuga terga vertere. Flaminius autem magna
captivorum multitudine multisque gallorum spoliis insignem
romam exercitum reduxit triumphavitque. Insubres tantis
afflicti cladibus per legatos romam missos pacem a senatu po-
puloque ro. petiere: que tamen illis negata est: consulibus quibus
iam ea provincia evenerat legiones eo ducere properantibus.
Insubres vero desperata pace quod extremum periculum adesset
rursus ad bellum se violentius compararunt. Nec suis fisi
viribus transalpinos gallos spe premiorum pellectos foedere
ac societate sibi coniunxerunt. Ex his triginta armatorum
milia alpes transiere. Qui cum mediolanum, quod est insubrium
caput pervenisset domesticum exercitum magna multitudine
illis adiungunt. Consules erant C. Cornelius et M. Claudius
Marcellus. Hi copiis in insubres ductis acerras urbem que est
inter padum et alpes obsedere. Insubres quod ferre auxilium obses-
sis nequibant propterea quod media quedam loca a romanis tene-
bantur, parte copiarum trans padum missa clastidium oppi-
dum sociorum po. ro. obsederunt: rati ea difficultate co-
actos romanos acerras obsidione soluturos. Eo igitur consilio
clastidium premebat. Id cum cum in exercitu populi ro.

obsederunt· rati ea difficultate coactos romanos acerras obsidione· nuntiatum esset· placuit ut alt consul apud acerras cum legiōib; maneret· alter cum pte copiaꝝ clastidio oppem ferret· Marcellus igr̄ cum equitatu ac expeditis fere copijs auxilium contendit· quē postq̄ traiecto pado aduentare galli intellexerūt soluta confestī obsidiōe clastidij omnib; copijs contra marcellū properarūt· structaq; acie in conspectu hostiū constitēe· Ibi galloꝝ dux viridomarus insigni profectus equo magnoq; ornatu ante signa processerat· hunc marcellus conspiciens cum ducē esse illum haud dubie intelligeret suos loco sistere iubet· ipe ante nolans contra uiridomarū se offert· Nec viridomarus detractauit pugnam· sed ubi consulē ex purpureo sagulo esse cognouit· pulcrum et ipe ratus duci aduersus ducē pugnā capescere impigre se ad certamen obtulit· concurrerūt medij int̄ duas acies· hinc romanis illinc gallis euentum pugne suoꝝ ducum sollicite spectantib; Sȝ uirtute bellica longe supior fuit Marcellus· transfixūq; hasta gallum humi prostrauit· Romani equites uictoria sui ducis elati magno impetu gallos inuadūt· breuiq; dissipatos anteq̄ pedites superuenirēt in fugam uertūt· Magna pars galloꝝ cesa· reliqui capti· multi interea cum se ī padū precipites metu hostiū dedusent uorticib; absorti periere Marcellus arma ceso duci saguluq; detraxit q̄ postea opima spolia ioui consacrauit· Ea sunt quotiens dux exercitus populi ro· hostium ducē sua manu prelians occidit· qd̄ in tantis po· ro· certaminib; ter dūtaxat ī ętate factum extat· Primū a romulo ceninensiū rege obtruncato· Deinde a Cornelio cosso qui consul larte tolūnium veientum regem pugnas interfecit· Tercium a M· Marcello consule qd̄ mō apud clastidiū factū rettulimus· At galli qui apud acerras obsidebāt· postq̄ superatos

suos apud clastidium audiuere, fuga per noctem facta acerras deseruere. Cornelius iam consul post captas acerras, Mediolano copias admouit. Cum galli obuiam non prodirent, populato circum urbem agro copias reducebat. Iter facientem galli pone assecuti extremum lacessere agmen coepere multisque interfectis magnum terrorem ab ea parte iniecerant. Itaque cornelius cum legionibus conuersus pugnam conseruit. In ea pugna galli a cornelio superati profligatique cum non in urbem mediolanum, sed in proximos montes aufugisset, Consul re animaduersa exultante ad huc ob victoriam exercitu mediolanum petit, nactusque urbem perculsam metu et defensoribus uacuam nullo negotio eam capit. Quo facto omnes cisalpini galli penitus domiti in potestatem romani populi deuenere. qui mox agris mulctati regione tota preter admodum pauca loca excedere iussi sunt.

Finis tercij et ultimi libri. deo gratias.

LEONARDI ARETINI VIRI ELEGANTISSIMI COMMENTARIORUM PRIMI BELLI PUNICI TRES LIBRI EXPLICIUNT FELICITER.

Anno domini 1474 die ij Iulij die visitationis gloriosissime virginis marie ad elisabeth, creme preturam agente Magnifico et clarissimo domino Antonio venerio eiusdem ciuitatis.

M cccclxxv. Lune xxiii. ian. pau. An.
clar. D. Petri barbari filia ad baptis
renta fuit p(er) me

Strabo cretensis

Urbana legio quinquinta et ducentos pedites
equites vero trecentos continet

